Quamuis peccatũ sit cõtrariuz ipi bono. nõ tñ habet esse nisi in bono quod qdem bonum est liberũ arbitrium. ac uoluntas. a qua peccatũ sicut a prima origine. ⁊ in qua ẽ sicut in ꝓpozio subiecto. Uolũtas igitur est causa peccati. cã deco non efficiens sed deficiens. Uoluntas enim secundum q habet respectum ad suũ principium a quo ẽ. s. ad deum nõ est nata elicere ex se nisi bonũ sed secũduz respectum ad ꝑncipium ex quo ẽ quod ẽ nihilũ. inclinatur ad maluz. cũ ipsa uolũtas sit ex nihilo tẽdit ad defectum. Si ergo uolumus scire vnde sit malum culpe materialiter. dicemus q ex absentia ꝺbiti boni. i. spẽi. modi ⁊ ordinis. Sed si uolumus scire vnde fit originaliter. dicem9 q a voluntate siue libero arbitrio. De progressu peccati. nota q pccm̃ initiat primo i cogitatiõe. procedit ⁊ crescit i delectatione. perficit in consensu. Circa ꝓgressum pcci sciendum q quedam antecedunt ipsũ peccatuz quedaz sequuntur q̃dam circũstant. peccatum añcedunt alia qua ex parte euerfionis. aliqua ex pte cõuerfionis. Ex parte auerfionis ãtecedũt ipsum peccatũ ista. s. Contempt9. Omissio. Ingratitudo. In obedientia. Prevaricatio. Illa vero que pccm̃ antecedunt ex parte cõuerfionis sunt hec. s. Cogitatio. Libido. Cõcupia. Delectatio. Peruersa intentio. ⁊ cõsensus. Alia sunt que sequũtur peccatũ. sicut ẽ macula. i. ꝺformatio imaginis dei. ⁊ reatus. i. obligatio ad penam eternã. Sunt adhuc alia que pccm̃ comitantur. vt sunt peccatoz circunstantie que peccatũ aggrauant. ⁊ diminuunt que notant̃ in hoc versu. Quis quid vbi per quos. quotiẽs cur quo quã do. Actio enim deprauatur etiam p peccatum. etiam illa que de genere bonorũ est quandoqz in principio. quandoqz i medio. qñqz in fine. ⁊ hoc p malã itentionẽ vel p negligẽtiã uel p vanã gloziam. Unum peccatum dicitur maius altero. multis modis scilicet causalitate. vt peccatũ luciferi. vel generalitate. vt peccatum. Ade. vel deformitate. vt peccatum. Jude. vel difficultate vt peccatum in spiritum sanctum. uel periculositate. sic̃ peccatum ignorantie. vel inseperabilitate vt peccatum cupiditatis. vel pronitate vt peccatũ carnis. vel offensione. vt peccatum idolatrie. vel expugnandi difficultate. vt peccatum superbie. vel mentis cicitate. vt peccatum ire. Circa peccati gravitatem nota q nihil est peccatũ viro perfecto q non sit peccatum in imperfecto. nisi in his que nouit. Nam perfectio nõ mutat genus peccati. sed quãtitatem auget.

De diuisione peccati.

d Iuisio peccatorum multiplex est. Alia est enim .secūdum cām efficientem scōm se vt hec . pctōrū aliud ē ex ipotētia aliud ē ex ignorātia. aliud ex malitia. Alia fiit scōm cām efficientem ratione āne xi secūdum quā sumitur hec diuisio. peccatorum aliud est ex amore male accedēte.aliud ex timore male humiliante. hoc est q̄ homo potius vlt peccatū cōmittere:q̄ amato careze.aut malū pene quod timet icurrere. Sumūtur peccatorū ēt diuisiones secundū cām materialē circa quā ⁊ scōm cām formalē circa q̄z primo sumitur hec diuisio peccatorū .aliud est cozdis.aliud ozis aliud operis. Itē hec . Peccatorum aliud lc cutionis aliud cogitationis aliud operationis. Scōo mō fiitur sic. Peccatoz aliud est in deū.aliud in se ipsum aliud in proximū. In deū diuiditur sic.aliū in patrem .aliud in filium.aliud in spm̄ sanctum. Aliis tribus modis peccatur. s.male per ifidelitatem de deo sentiendo. Item blasphemando. Itē sacramenta dei indigne tractando. Allio⁹.peccat quis in deū. s.ipsum tentādo.⁊ hoc fit tripliter. Nā quādoq̄z tentat quis di potentiā vt cū p̄cādens ferrū vel p̄ duellū vel filia quis iudiciū querit q̄z dei misericozdiam. vt cū quis dei bonitatem examinans cōmittit se stultis periculis. In seipsū peccat quis trib⁹ modis filr s. necessaria sibi subtrahēdo. Itē supflua sumēdo.item vltra vires quicpiā aggrediendo in proximū peccat ēt quis triplr .proximo sua auferendo. Itē sibi in necessitate non coicando sua. Itē malo exēplo illū ad pcm̄ trahēdo. Sumūt pretea diuisiones peccatoz scōm cāz formalē.⁊ hoc tribus modis.q̄z naturaliter scōm qualitatē l scōm q̄titatē vl scōm relationē. Scōm qualitatem sumit hec diuisio peccatoz aliud ē cōmissi. aliud est delicti. quorū primū ē preuaricatio preceptozum negatiuorū scōm ē puaricatō preceptorum affirmatiuorū. Item predictum pccm̄ ē duplex cōtra duas ptes tustitie que sūt declinare a malo.⁊ facere bonū. item alia diuisio fiitur secūdū qualitatem sic peccatorū quedā sūt carnalia,quedā spūalia. sed carnalia sūt maiores ifamie spiritualia vo maioris culpe. Secundū quātitatem fiitur hec diuisio peccatorum aliud ē mortale aliud est veniale. quorū primum dr peruersio. scōm vero mozdinatio. quoniam peccatū mortale est auersio total'a bono .cōmutabili ⁊ conuersio totalis ad bonum icōmutabile. Sed peccatum veniale est amor uo luptatum in creatura citra deum. tamen secundum relationem sumitur hec diuisio pectatorum . aliud est originale . aliud actuale. Ultima diuisio est seccundum causam finalem .⁊ hoc dupliciter. quia vel secundum ipsuz appetibile. vel secundum actum hominis appetentis . Secundum ipsum appetibile sumitur hec diuisio. Omne quod i mundo ē aut ē ꝓcupiscētia carnis aut ꝓcupiscētia oculorum. aut superbia vite quorum primū est appetitus delitiarum. secudū appetitus diuitiarū. tertium est appetitus honorum. Secundum actum hominis appetentis diuiditur peccatum in septem vitia capitalia. Superbiam . Inuidiam Iram Accidiam. Auaritiam Gulam ⁊ Luxuriam. Nota quod quinq̄z sunt genera operum. Nam quedam sunt mala in se. vt illa que secundum suam naturam mala sunt possunt tamē per aliquā circunstantiam fieri bona vt homicidiū Quedam sunt mala secundum se ut illa que per nullam circunstantiam possunt fieri bona sicut est odire deum fornicari :⁊ huiusmodi. Quedam sunt bona in se ut que sunt bona ex genere tamen pūt fieri mala ex circūstātia sicut ē dare

elemosynā. Quedam sūt bōa scōz se. vt que p nullam circūstantiam possunt fieri mala. sicut ē diligere deum ex charitate Quedā sunt in dīa. ut que nec bōa nec mala sunt pñt tamē fieri vel bōa vel mala. sic est mouere pedē sine liberatione. l quandoqz comedere.

De effectu peccati. Cap. vii.

m Alta mala facit hōi peccatum. ante mortez ⁊ in mortem ⁊ post mortem. ante mortē peccatū hec mala operatur. Naturalia vulnerat. vt figniſicatur in illo q incidit m latrones. Item i tellectus obscuratur i cognitione veri. ⁊ affectus tepescit i operatione bōi. Gratuitis spoliat. Tre. quarto dispersi sūt lapides sanctuarij ⁊c. Sz ne aliquod bonuz pareat illa bona opa que quis peccando mortificat alijs saluādis dabūtur. sicut qñ corpozalis morte quis moritur frēs ⁊ propinqui in bōis eius succedūt. aiam maculat. Tre. quarto. Benigzata ē super cābones facies eozuz. ad penā eternā obligat Ben. secūdo. Quacūqz die comedēris. itē conscientiā amaricat. Jere. cap 2°. Vide qz malum ⁊ amarū est te dereliqsse deū tuum. Cor idurat prouer. ca. xviii. Pec catoz cū in profundū peccatozū venerit contēnit. Jntensibilem reddit. Ben. ca. 19. Visus est ei quasi ludens loqui. Simile hēs in cane submergēdo qui non sentit. lapidem i collo. donec in aquā extra nauē proijciatur aiam occidit. qz vera uita i. deo priuat. p°. Reg. xi. Saul irruit i gladium suū. Sed nota q peccatū vēia le disponit ad mortem. Mortale ño dat infert mortem. sed obstinatio detinet in morte. a. alia peccata trahit Gre. Peccatū quod per pniam nō diuiditur mor suo pondere ad aliud trahit. Exemplum hēmus in Chaym. qui egressus i agruz occidit frēm suum. abel. Exemplū hēs i figura. Corvus egressus de archa interceptus est aquis. Et dina egressa vt uideret ⁊c. ꝟginitatē amisit. Et iudas egressus xpm tradidit. Et p° adulteriuz Bauit secutum ē hōicidium. ⁊ sic pz q pecca tum ē pena peccati. Peccatū. n. secūdū q in se ē culpa precedentis pecci dr pēa ⁊ ita dr aliquid simul culpa ⁊ pena. sz rōne actionis culpa dicitur vero pena rōe passionis. qz culpa ē quod facimus. pēa vero qō patimur. Licet igit ois culpa sit a nobis: non tn ois pena est a nobis. imo quedam ē a nobis acta. quedā a deo inflicta quedā a primis parentibus contracta. Et qz cū quis facit qō non dz iustum est peti qō dz. Ideo ois pena ē iusta ⁊ a diuina prouidētia ordinata. Qō aūt vnuz peccatū nascat ex alio sic apparet. Superbia que vult oēs excellere dolet si aliqs ei equatur. ⁊ sic ex ea nascitur inuidia. Jnuidia vero qz de facili trascit ei cui inuidet ideo ex ea nascitur ira. sz ira cū non pōt se vindicare tristat. ⁊ ideo ex ea nascitur accidia. accidia vero cōsolationē querens in exteriozib⁹ facit auarum. auaritia aūt quia in tpalibus abundat pōt magis exercere gulā. Gula vero pp vētris repletionē de facili spumat in libidinem ⁊ ita generat luxuriā. itē bona que fiūt i fructuosa reddit. ⁊ qtū ad meritum ⁊ qtum ad premiū. sicut ramus precisus ab arboze nō profert fructū. sz arescit ⁊ habilitat ad icendū. De talibus dr deutero. cap. xxviii. Maledict⁹ eris ingrediens ⁊ egrediens. s. ecclesiaz materialē ad ozādum. qz taliū oro nō ē meritoria. imo dicit Aug. q si tales crucē se signant poti⁹ includit in se diabolū qz excludāt. qz iam in eis p effectum habitat. Ex hoc in infernū facit qz in peccore ē ignis auaritie. feroz luxurie. tenebre ignorātie. vermis cōscie. fitis cōcupiscentie. demones p effectū. ⁊ huiusmōi. Jtē tandem hoiem relinquit uacuum. Ben. cap. i. Terra erat i nanis ⁊ uacua ⁊ merito. quia mūdo adherentes suggūt vbera azida eo q reliquerunt fontē vite ⁊ venā aquarum viuentium ⁊ palludibus turbidis se satiāt. utem fallendo decipit sic lignū putridum ō nocte lucens. ⁊ sic esca i hamno letans pi-

scem ꝺcepit. Stultū hominē demōstrat. quia peccā do quis sibi onus ad se depri mēdum iponit. ⁊ ligna sup dorsum suum cremāda colligit. ⁊ illi seruit qui eū, p sez uitio torquebit. Aug. Stultum est in tali statu uiuere in quo quis nō audet mori.

Sciendū ꝙ peccatū grauat hoiem i mō te. qz in morte priuatur hō solatio uisibi liū que dilexit. s. cibo. potu. amicis. rebus lumine. require. ⁊ ꝓpio corpore. qō nū quā in tali forma suscipiet imo uelz hr̄e fic. qī ꝓ dimidia pte corrosuz est a ⁊mi bus. qz stupebit aīa peccatoris qī corpus resumendū uidbit. Turbabitur peccatō in morte qī videbit concursū demonuz ad animā parētū ad res. Treñ. ca. i. Oēs inimici eius apprehēderunt eā inter āgu stias. Postremo uidendum est qualiter pccm̄ premat hoiem ꝙ mortem. Confu sionem hēbit ex malorū operū denuda tione. ꝓpheta. Nah̄. ca. 3. Reuelabo pu denda tua in facie tua. Exprobrationem xp̄i audiet in iudicio. ⁊Mathei. 25. Esuri ui enim ⁊ nō dedistis mihi māducare ⁊c Requiē ⁊ luce priuabit. ⁊Mathei. 22. Li gatis manibus ⁊ pedib⁹ mittite eū tene bras exteriores. Uā nō valebit ei ille cā tus. Requiem eternā ⁊c. Suffragijs ec clesie nō gaudebit Isa. 66. Uermis eoz non morietur ⁊ ignis eoruz nō extingue tur in inferū precipitabit. Exēplum de lapide molari quē angelus in apoc. proie cit i mare dicēs hoc impetu mittet babi lon in inferno. Adeo ⁊ electi ⁊ omnib⁹ bonis superabit. ⁊Mathei. 25. ite maledic ti in ignē eternum. A statu penitendi ca det Jere. ca. viii. Transijt estas finita est messis. Omis spes mie precidet. Isa. c. 30. Non remanebit testa vt portetur igniculus. s. charitatis de icēdio aut hau riatur parū aque de fouea. s. diuine mie. Sicut ita ꝫ peccatuz uocet i peccato exi stenti hac in peccato morienti sic quoꝫ multipliciter nocet peccatū ipsū deserē ti ⁊ de illo penitenti. qz gloriā prime ino centie nunꝫ recuparabit sicut. n. corrup ta de cetero virgo nō erit. ita semel pec cās nūꝫ se non peccasse gaudebit. Istō multis oñditur exēplis. Nā post senatio nem uulneris semp manet cicatrix. Itē qui semel furatur semper ꝺr̄ fur. Item domus eius domus discalciati dici pōt. Itē symon quem dñs a lepra mundauit pⁿ mundationē semper vocat symon le prosus. item tēplum quod reedificatū fu it pⁿ destructionem pmi. nullo mō fuit si mile in pulchritudine téplo pōi. Id tpa lem penā obligat. Unde nō exibit inde donec reddat nouissimū quadrantē Itē regnū celorum nō intrabit donec leguz fenū stipulā. i. pena peccatorū tam mor taliū quā uenialium que in pūi soluta fi est super ipm cremetuz. a gloria retādat qō figuratum ē in absalon q postꝫ patri reconciliatus fuit. tm̄ manfit duobus an nis ꝙ faciem eius nō vidit. quia tamdiu differtur quis a gloria quousqꝫ fiat fine omni macula sicut erat in baptismo. Tē pus amissum ⁊ meritū quod sibi conqui rere potuit cum premio nunqꝫ recupera bit. Jere. ca. xxvi. Qui vēdit ad id quod uendidit non reuertet. Obscurat oculū cognitionis ⁊ hoc propter trabē que in tuserat propter stercora hirundinū que ipsū excecauerāt. vt signatur in Thobiā ca. 2. Unde Augu. Oculis egris odiosa est lux sicut noctuis ⁊ vespertilionibus. Et nota ꝙ ad hoc de quodā ceco quē ꝳz dñs illuminauerit nō trī statim pfecte vi dit. ꝳz vidit hoies quasi arbores ābulan tes. affectū reddit trepidum. sicut in peꝺ vulneratus. etiā sanatus claudicat. ⁊ ar boz de loco sua ammota. aliquid virtutꝫ ammittit. Unde dcm̄ est bōi post pecca tum. gen. iii. Spinas ⁊ tribulos germina bit tibi dictuum est serpenti Gen. tertō. Supra pectus tuum gradieris. Fastidi um homini generat. Numeri. xxi. Ani ma nostra nauseat super cibo isto leuissi mo. Aug⁹. Palato nō sano pena est pa nis. qui sano est suauis. Idem de se dixit post quam conuersus fuit. plus ualebit

malū innolitū q̄z bonum insolituz. Ad bñ operandum impedit. Gen. 19. Uxor. Loth respiciens retro versa ē in statuā salis quod sterilē facit terram. Ité in dolore paries filios. s. bonorū operuz 7 scōz Ad resistendū tentationibus debilitat. Judic. 16. Sanson post criminū absciss̄ioz amisit vires 7 arboz lesa per securim cito a vento dejicitur. Feruorē minuit charitatis. sicut eclypsis solis diu postmodū nocet terre. eo q̄ modico tp̄e sibi virtus radioz solis subtrahitur. 3ª q. 1. Rex dauid senuerat 7 cū operiret vestibus ñ calefiebat. Et aqua calorem ignis innuit vl extinguit. Dolorem 7 timorē semp̄ affligit. dolorem quidē. q̄ certus de ppetra culpa timorē āt quia incertus ē de venia. Aug. Penitens semper doleat. 7 de dolore gaudeat. 7 nō semp̄ doluisse doleat. Per peccatum corrūpitur puritas liberi arbitrij dupl̄r. s. in agēdo 7 suscipiēdo. In agendo quidē q̄ nō potest semp̄ facere quod dz vel vitare qō nocet. In suscipiendo āt. q̄ grām stabilem nō pōt suscipere i hac vita. Ité corrūpitur ratō i hac vita dupl̄r. s. quātū ad discretionez iudicii inter bonū 7 malū. 7 quātū ad deliberationē consilii inter expediēs 7 inexpediens. Ité corrūpiter affectus dupliciter. s. in ordine 7 in mō. q̄ nec semper ē ordinatus nec semper moderatus. Peccatuz multis nocet. s. ipsi facienti. ps. 50. Peccatū meū contra me ē semp̄. Vis q̄ sūt in purgatorio quos nō p̄nt peccōres tā efficaciter iuuare. sicut si essēt in grā. Ipsis dānatis 7 hoc p̄ modū cōiunctōis quāto. n. plures sūt in iferno tāto maioz horroz 7 maioz pena. Fallit. n. in inferno regula illa. Solatiū est miseris socios hē re pēaz. Saluatis 7 hoc p̄ modū abstractionis. Nam ex consortio 7 societate glorificatorum augetur donū accidentale. Beniz ipsis viatoribus nocet. tam pro eo q̄ acies eorū cōtra demones minuit in illo qui peccatū ppetrat tū pro eo q̄ alios malo exemplo corrūpit 7 scanda lizat. Multa mala similr eueniunt hō ex eo q̄ in peccatū a quo per pniam surrexerat recidiuat. Primum est. q̄ hō fit i potentioz ad resurgēdū. Heb. vi. Impossibile ē eos qui semel illuminati sūt 7 gustauerunt 7c. 7 prolapsi sunt iterū renouari. Secundū est q̄ vitium fortificatur ad impugnandum. Aug. de se loquitur. Plus inquit valebat malū inolitū q̄z bonū insolitum. Tertium ē q̄ culpa fit difficilioz ad remittendū. Jere. O quamuis facata es nimis iterans vias tuas. ita ēt nr̄ q̄ vulnus iteratū tardiꝰ sanat. Quartum ē q̄ deus fit difficilioz ad placandū. 3ª. q̄. de semel qui ad primā petitionem inuenit misericordiā eo tñ pacto q̄ staret i hierusalem. sed quādo secundario peccauit sine vlla misericordia occisus est. Quintū est q̄ diabolus difficilioz est ad expellēdum. Luce ca. xi. Tunc assumpsit septē spūs nequiozes se. 7 ingressus habitat ibi. 7 fi. no. bo. il. pe. po. Sequitur de corrūptione ī pei 7 mōi 7 ordinis. Ulī nota q̄ bonitas naturaliū cōparata ad aiaz quā specioſā facit dr̄ ipēs. sed cōparata ad opus qō mōdificat dr̄ modus comparata vero ad finē. s. deum ad quem ordiatur dicitur ordo. Aliomō. corrūptō ipē ē dissimilitudo aīe ad deuz. Nam ipes anime ē similitudo dei. Corrūptio vero modi est diminutio extentionis virtualis siue infirmatio potentie que. scz hoc est q̄ anime nō sustentatur cibo spirituali gustando quā suauis est dominus. Corrūptio autē ordinis ē in anima cū aspectus 7 affectus deorsū ē ad creaturas extra naturalē sitū. Cū. n. hec duo que st̄ quasi caput anime surſū sunt ad deum in naturali situ 7 ordine sunt. alioquin hō erit quasi euersus. Alr̄ priuatio ipei ē deformitas siue carentia debite rectitudinis voluntatis. Rectitudo autem volūtatis ē vt nō declinet a suis extremis. s. a deo principio. 7 a deo fine. s. omnia que hz a dō principio referat ad deū. Cum enim quis quod habet sibi attribuit aut ponit

alium finem q̄z deum. bō iste curuus est
Item priuatio modi est excessus proprie
voluntatis. s. cū vult aliquid diuine volū
tati contrarium. Itē priuatio ordinis est
auersio voluntatis adeo ꝛ conuersio ad
creaturā. Itē alr creatura rōnalis a sū
mo bono ē secundū triplicem habitudi/
nem. s. efficientis formalis ac finalis et
ō nata ē agere opera sua a dō ꝛ secundū
deum propter deū. ꝛ hoc scōm modum
spēm ꝛ ordinem sibi insitum. Sz qm̄ ea
dē rōnalis creatura. de nihilo facta fuit
q̄tū ad cā z materialē potuit deficere in
suis actōibus vt. s. operatōes sue nō eēnt
a deo ac per hoc nec secundū deum nec
propt deum. hoc aūt est pccm̄ ipsius spe
ciei mōis ꝛ ordinis corruptiuū.

De pccō originali scōz rem.

Capitulum viii.

E xpedito de pccō i genere. dicēdū
est de pccō i specie. ꝛ primo de ori
ginali ꝛ p⁹ hoc de actuali. licet igitur ani
ma non sit ex traduce. tm̄ originalis cul
pa ab a'a ade transit ad alas posteroruz
mediante carne' per cōcupiam generata
Ita q̄ sic ab a'a peccāte ifecta fuit caro
ade. ꝛ prona effecta ad libidinē. ita semi
nata caro secū trahit infectionē ꝛ vitiat
aiam. Ex quo p̄z q̄ peccatū originale est
in carne ꝛ est i aia. In carne ē matialiter
ꝛ originaliter. ꝛ in aia formaliter tāquaz
in subō Sola enim aia est susceptibilis ō
tutis ꝛ vitij. ꝛ tamē sic dictū est ex coniū
ctione ad corpus corruptiuum trahit ad
vitiuz. sic quādo cadit q̄s in lutū fedatur
ꝛ maculatur. Talis aūt infectio aie nō tā
men ē pena. sz etiā culpa. Ipsa vero cul
pa que macula ē deleť in baptismo. Pe
na aūt que fomes appellatur siue peccan
di p̄manet. post baptismū. Licet
enim curetur in baptismo culpa q̄tum ad
reatum dānationis eterne. tm̄ remanet
ipsa pena quantū ad actum ꝛ motū ꝓcu
pie. cū qua nos opz quamdiu viuimus
pugnare. nisi extinguat cōcupiscentia p
gr̄am. qō tamen raro cōtingit in aliquo
hoie. qō dico propter beatā mariam vir
ginem in qua fuit extincta in cōceptione
filij p gr̄am singularē. Ex predictis p̄z q̄
persona corrumpit naturā. econtra natu
ra corrupta corrumpit personā. Hā per
peccatum primi hois corrupta est hūa/
na natura. sed natura sic corrupta corrū
pit alias personas. Notādum āt q̄ corru
ptio persone ē reatus mēris. corruptio
vero nature ē infectio carnis prout est
ꝓncipium ad carnem alterā. Deniq̄ nul
lo modo dz imputari deo infectio aie. lz
eam creando infundat ꝛ vniat cū carne i
fecta qm̄ ordinatissimū fuit vt humana
natura cōderetur. ita q̄ condita propaga
retur ꝛ ꝑ pccō puniret. vñ sic in cōditio
ne seruatus ē ordo nature. sic i punitiōe
ōbuit seruari ordo iustitie. Et ita p̄z q̄ ñ
est cōtra diuinam egtatē. si ad posteros
culpa transmittitur. Si ēdum igitur q̄
originalis culpe transfusio vel transmis/
sio non ē a deo nec a natura condita. sed
a vitio primi hois perpetrato. Et hoc ē
quod ait Aug⁹. q̄ peccatuz originale nō
transmittit ad posteros ꝓpagatio sed' li
bido. Sic enī conditus ē homo vt spirit⁹
preesset corpori. ꝛ corp⁹ subeēt spiritui
scilicet quamdiu ille obediret suo cōdito
ri. Et econtra si spiritus nō obediret ōo
iusto dei iudicio corus inciperet rebella
re spiritui. Sic ut ergo si adā stetisset cor
pus suum obediēs ei fuisset ꝛ tale ad po
steros transmisisset. sic adam ex quo pec
cauit ꝛ caro eius facta est rebellis oz q̄
talem ad posteros trāsmittat. ꝛ q̄ deus
secundum institutionem primaziā animā
infundat corpori. Ex hoc patet q̄ pater
est causa originalis peccati in filio. sz cau
sam hic intelligе in genere cause efficiē
tis. Omnes per cōcupiscentiā nati na/
scuntur filij ire propter qō incurrimus
multiplicem defectum tam corporis q̄z
anime ad quos subsequimur penā mor
tis. ꝛ penam carentie visioni diuine. ꝛ
amissionis glorie celestis. non solum in
adultis. verz ēt i puulis ñ bapti/atis qui

pena mitissima inter ceteros puniuntur qz solã penam dãni hñt fine pena sensus Originale peccatũ sic curatur p baptis mũ i pente q nichilominus ab eo qui cu ratus est transmittitur in plẽ. sic vide / mus q circũcisus gñat filiũ cũ preputõ z granũ nudũ seminatũ gñat granũ cuz palea. Et hec ẽ rõ. qz hõ gñat filiũ nõ se cundũ quod creatus ẽ i mente. sz scõm qõ corruptus ẽ in carne nõ secũdũ quod spiritualis. sed secundum quod carnalis.

De pccõ originali scõm nomẽ La vi.

Originale peccatũ hz multa noia z hoc multiplici de cã. Scõz. n. q originale pccm cõpatur ad aiam vocat infirmitas. qz reddit aiam ipotẽtẽ ad re sistendũ motibus. Itẽ feditas. qz p ipsuz aia maculat. Itẽ pronitas pp cõtinuã in clinationẽ appetitus ad malũ. Itẽ corru ptio. qz ducit ad nihilũ. i. ad pccm. Itẽ vi tiũ. qz diminutio ẽ bonoꝝ naturaliũ. Itẽ lãgoz nature qz durat i natura corrupta Sz secũdũ q cõpatur ad corpus vocatur lex carnis eo q lege diuina carni sit iflic tũ. Itẽ lex mẽbroꝝ. qz mouet organa ad opa cõcupie. Itẽ tyrãnus pp dãnatiõem quã hz quasi violẽtã i ipsa carne cõcupis cibili. Itẽ fomes. qz sic cinis fouet ignẽ ita per ipm fouet pccm i carne secũdum actũ nutritiue z gñatiue. Itẽ stimulꝰ car nis. qz stimulat carnẽ ad primos motus. z aiuz ad cõsẽsũ. Sz put cõpatur ad ac tus delectabiles vocatur cõcupia que so nat vitiũ in actu put ẽ i adultis. Itẽ con cupiscibilitas que sonat vitiũ ipotẽtia p ut ẽ in puulis. Scõm vero qõ ꝓpatur ad pmũ hoiem a quo cõtrahit uocat pccm originale qõ ẽ carẽtia debite iustitie hois.

De primis motibus. Cap. io.

Um pccõrũ aliud sit actũ aliud cõ tractũ ipz pccm actuale frequẽtez a pmis motibus hz ortũ. Uñ sciendũ q i statu inocẽtie nõ mouebat sẽsualitas ni si scõz motũ rõnis. Jõ stãte pmo hoie in eodẽ statu nõ potat i eo eẽ pccm ẽt veni ale. Primi motus z si pticulariter z si gillatim pñt declinari. tñ nullo mõ omẽs possunt caueri: quia tot sunt peccata: quot sũt ẽt pene pcci. z iõ mrito dñr vẽi alia. qz hoc ipo sũt digna venia. Primꝰ motus sic describit. qz ẽ motus sẽsualita tis scõm ipulsũ fomitis ipetuose tẽdẽtis ad fruitionẽ creature dlectabilis. Dupl primus motus. distinguitur ẽtũ spectat ad pñtez materiã. s. primo. pmus q ẽ natu ralis z scõo primus q ẽ sensualitas. Cuz ergo loquimur de primis motibus q sũt pccã itelligendũ ẽ de scõo primis que sẽ sensualitatis. qz primo pmi ñ sunt pccã cũ sint naturales z extra genus moztis qõ pz p hoc q tales nõ sequũtur imagi nationez sed solummõ naturaliũ qualita tũ actionem. Motus aũt secundo primi sũt peccata quia sunt actus iordinati, in gñe mozis qõ pz per hoc q tales motus sũt sensualitatis ga subiacent aliquo mo do dñio volũtatis. Volũtas ãt ẽ principi um moraliũ sicut habetur. vii. ethicoruz Hinc ẽ q genus mozis i principio icipit vbi inuenitur dominiũ volũtatis. hoc ãt ẽ in sensualitate. Quãus autẽ per rõem predictam fit in sensualitate peccatũ. nõ tamẽ erit moztale sed tãtũmõ veniale. qz voluntas non hz plenũ dominiũ sup pri mos motus qui sũt seusualitatis sic est i illis actibus qui ex imperio voluntatis. procedunt. sed hz in eis dominiũ incõple tum sicut in illis actibus qui non per im perium rationis procedunt. z tamen uo luntas tales motus. sensualitatis impedi re poterat z ideo sunt peccata venialia. propter hoc dic. Aug. q peccatũ adeo ẽ voluntarium. q nisi fit voluntariũ nõ est peccatum. Primi quoqz motus ideo sẽ sualitati ascribuntur. quia talium motu um principiũ z subm. Dicenduz ergo q primi motus secundum predicta sũt peccata venialia triplici rõne. Primo quia mouent ad illicitum. Secundo ga sunt quodammodo volũt arij nõ secũdũ sẽ. sz qz sic dictũ ẽ nõ ip ediũtur a volũta

vel ēt pp̄ precedentem appp̄henſionem Tertio pp̄ delectationē ānexā. Luz eni anima p delectationez cōiungitur creature obtenebratur ⁊ peiorat. ſicut quando coniūguntur deo illuminatur. ⁊melioratur. Nota q̄ homo promor eſt ad malum q̄ ad bonum. ⁊ hoc multis decauſis. Prio q: ſicut dr̄ Sap̄.iii°. Corpus qđ cō rumpitur aggrauat aiam trahens illam ad malū. ⁊ non ſic erigēs ad bonum. Secūdo. quia ſicut dicit Aug. pluſ valet malū innolitū q̄ bonum iſolitum. Tertio q: naturaliter facilius ē deſcendere q̄ aſcēdere. ⁊ vnus magis trahit deorſuz decē ſurſum. Quarto q: incitans ad malū delectatio pñs eſt ſemper. ſz finis virtutū incitās ad bonuz abſcēs eſt. Delectabile autez appre[illegible]eſum per ſenſum vel imaginationem quaſi de neceſſitate mouet concupiam. Quinto q: plures circunſtātie requirūtur ad bonū q̄ ad malū. Sexto q: tendimus ad nr̄uz principium. ſ. ad nihilum. Septimo q: fomes qui mouet ad malum ſemp intra nos ē. gloriam xo quā querimus extra nos eſt. Octauo gavires aie ſunt actiue ad diligendum tpalia. ſed paſſiue ⁊ materiales ad ea que ſūt gratie ⁊ gl'e. vnde verſus. Quicqd habet meriti preuentus gratia donat. Nil ꝺus in nobis preter ſua dona coronat. q: non poſſunt haberi virtutes p modum acquiſitionis ſed per modū receptionis. Un de malū poſſumus facere p nos. ſed non poſſumus facere bonū ſine gr'a adiutrice.

De moroſa delectatiōe. Cap. ii.

d Electatio carnalis moroſa peccatum ē mortale. ſed nulla dr̄ moroſa niſi quando ex conſenſum ratōnis eſt. Unde nō intelligitur hic moza tpis ſz cōſenſus. Sciendum ē ergo quia delectatō ſi ſiſtit citra cōſenſum ueniale peccatum ē. ſi vero procedit vlterius ita q̄ homo vult interius delectatione voluptari. nec tamen vult in opus procedere. talis conſenſus eſt intra mortalia cōputāduſ. qđ maxime ꝺbet intelligi in carnalibus peccatis verumtū iſte cōſenſus in illecebza duplex ē. quia conſenſus i illecebza aliq̄ eſt ſubitus nō per prehabitā deliberatōnem. ſed ex ſola corruptione carnis quā precedit appetitus ſenſualitatis in prio motu. Talis aūt conſenſus dicitur ſubrreptio. ⁊ eſt peccatum veniale. alius cōſenſus ē in delectatione motuū carnis qui ē cum deliberatione rōis. ⁊ iſte eſt peccatū mortale vt dcm̄ eſt. Si antē ratio. conſētit. cū deliberatione que fit per rōnes diuinas hoc mō quia omne lege dei ꝓhibitum [illegible]. tūc dicitur peccatuz eſſe in [illegible] pte rationis. ſed ſi deliberatio nō per rōnes humanas vel naturales hoc mō omne in quo tranſgreditur mediū virtutis ē vitandum. tūc dicetur peccatum eē in inferiori parte rōis. Et ſi adhuc procedit conſenſus vlterius. quādo. ſ. ꝓponit opus cōſumare. tunc uolūtas pro facto reputatur. ēt ſi facultas defit perficiendi ipſum op⁹. ſi vero cōſequitur cōſenſus ⁊ opus i hiſ que diuina lege ſunt prohibita peccatū eſt mortale cōſummatum. Ex predictſ colligē diſtinctiōez q: delectatio duplex. eſt. ſ. naturalis. ⁊ voluntaria. In delectatione pure naturali. nec eſt meritum nec demeritū. Voluntaria duplex ē. quia alia eſt i creatore. alia in creatura. Delectatio que i creatore ē bona eſt. de qua p̄s. Tſ. Memor fui dei ⁊ delectatus ſū ꝛc. Que aūt in creatura ē duplex ē quedam eni eſt pp̄ deum. ⁊ hec bona eſt. ſz hic ſumitur delectatio pro operatione rationis. nō. p paſſioue. de qua p̄s. qi. Delectaſti me dñe in factura tua quedam ē contra deuz. ⁊ hec filr̄ duplex eſt quia quedam non ē contra deum. ſed preter deum. ⁊ hec peccatū veniale. que dr̄ vero ē contra deum ſimplr̄ que frangitur dei preceptū. ⁊ hec ē peecatuz mōtale. De peccato veniali. Cap. x.

p Eccatuz veniale minoris ē culpe

Nā in paruulis poſt baptiſmū pr̄imo ſurgūt venialia. poſtea mortalia. De

Uenialeaũt peccatũ est vt ait. Aug. qđ boiem vsq; ad reatũ perpetue mortis non grauat. sed penã meretur. ⁊ sic facile indulgetur. Peccatũ veniale sp est a volũtate. ad hoc mouẽte vl' pmittente l' non prohibente. Peccatũ aliqđ ẽ venia le tribus modis. Primo mõ ex gñe'. sic verbum ociosum ẽ veniale. Secũdo ex euentu. secundũ q; per pñam đ' mortali fit veniale. Tertio ex cã ut qñ; fiunt quedam ex ifirmitate vel ignorantia que lz qñq; sint mortalia. tñ dñr venialia. siue remissibilia ex cõpatione ad peccatũ quod fit ex certa malitia. qđ est irremissibile; ⁊ hoc verũ ẽ nisi aliquod fit mortale ex suo gñe. sicut est fornicari. quia tale ẽt si fiat ex ifirmitate mortale est. Sciendũz q; peccatũ veniale. nũq; potest fieri mortale Ita. s. si intelligatur idẽ Decũdũ subtantiã. q; prius veniale mortale. fieri nũ q; põt. ⁊ hoc nec quãtũ ad actũ. nec quantũ ad maculam. Et rõ huiusmodi est. ga nulla res põt mutare suam spẽm. Peccatũ autem, veniale ⁊ mortale sunt diuerse spẽs peccati. Uerũtamẽ actus qui ex se est de genere venialis põt fieri mortalis quattuor modis. Primo ex cõscẽtia quia quicqd fit contra conscientiã edificat ad gehennã. ẽt si fit contra cõscientiam erroneam. ⁊ hec est ratio q; cum in peccato duo sunt. s. auersio ⁊ conuersio. penes primũ indicatur peccatũ. qm̃ auersio a deo ẽ quasi formale. ⁊ conuersio ad creaturam quasi materiale. Quamuis ergo leuare festucam vel calamũ đ' terra leue ⁊ idifferens. tamẽ quãdo fit contra conscientiam i peccatũ est. q; spernitur bonũ incõmutabile. ⁊ ita fit auersio a creatore. Secundo ex cõplacẽtia. ⁊ ñ Aug. Nullũ peccatum adeo est veniale quod non fiat mortale dũ multũ placet. Tertio ex dispositione. q; frequenter p lapsum in venialia disponit hõ ad mortalia. ⁊ hoc secũdum illud. Grego. Uitat. saxa grandia vide ne obruaris arena. ⁊ hoc ideo dicit. quia sepe de minimis peccatis venitur' ad magna. sicut de modica fintilla qñq; surgit magnus ignis. Ecc. 19. Qui modica spernit paulatiz decidit Quarto ex progressu. q; quãdo surgit veniale si non prohiberetur posset, pgre di vsq; ad mortale. non q; ipsũ veniale i subã posset fieri mortale. sed q; ex ipso occasionialiter põt fieri progrediẽdo vsq; ad mortale. Et istud pz in prmis motibus qui inter venialia cõputantur. sed quando delectatio cõualescit in trm̃ q; cõsensus accedat iam peccatum mortale ẽ Differentia est inter peccatum mortale ⁊ venialse quia peccatũ veniale ẽ libido siue voluptas i creatura circa deũ. Mortale autem est libido siue voluptas i creatura supra deum vel eque deo. Rectus ordo est ut bonũ incõmutabile preferat bono cõmutabili. ⁊ honestum vtili ⁊ voluntas dei voluntati nře ⁊ ratio sensualitati quãdo iste ordo peruertitur. tũc peccatum cõmittitur. Utrũ aliquis possit esse vel viuere sine peccato veniali deuz est in hac vita pñti. Dicendũ est quod si loquimur de tota vita hominis q; peruenit iam ad etatem adultam de excellenti ⁊ speciali gra est quod talis sine veniali peccato sit sicut beatus. Aug. dic de beata virgine. Si aũt loquimur de aliqua pticula uite pñtis sic põt esse aliquis sine peccato veniali. Istud pz per exemplum quia nauta potest singula foramia nauis ad horam obstruere ne aqua intret. sed non potest fil' omnia obstruere ut aqua nusq; intret. vnde charitas etiam perfecta non facit q; peccatum veniale non adueniat. sed facit q; nõ durz. Quemadmodum caminus ignis nõ facit vt gutta aque sibi non apponatur. sed facit vt ap posita citius extingantur. Perfecta eiz charitas statim inflãmat hominẽ vt de peccato veniali doleat ⁊ peniteat quod non facit charitas imperfecta. vnde i imperfectis aggregantur multa venialia. per que fit' ad prostrationez maioz dispositio

De effectu peccati venialis.

e Effectus peccati venialis multiplex est. primus q2 ad penā obligat: nō aūt determinate neq3 precise obligat ad penā eternam vel purgatoriā vel pūtis satisfactionis. sz ad aliquam illarū pena rum quā scōm forum ecclesie pūtis satisfaciat hō leuiter scōz fox purgatorij punietur grauius. scōm vero fozū inferni punietur hō grauissime pro veniali. quia eternaliter si cum veniali 7 mortali dōcesserit. Exemplū habemus de hoc. q2 mensura nim que in vno loco ualet. vi. denarios si ducatur ulterius ualet. xvi. 7 si ducatur adhuc ulterius ualet duos solidos pena tñ illata pro veniali in inferno in cō parabiliter minoz ē q3 illata pro mortali Unde solet dici q pena illata in inferno pro mortali ē sicut soliditas. illata vero pro veniali ibidem est sicut superficies. Illata pro uemali i purgatorio ē sicut linea. illata p uenialī in pūti est sicut punctus. Unde sic ista quattuoz sūt impropōtionabilia. ita iter pdictas penas, magna ē dīa. Secundus effectus ē q peccatuz ueniale aiam maculat. 7 ponitur tale exēplum. aliquādo enim denigratur aliqua imago depicta in tñ ut uīri non posset aliquādo uero fic obscuratur ut uideri g dem possit. sed nō plene discerni. 7 ideo propter talē dīam dicit gregozius q uēi ale obscurat. mortale obtenebrat. Se macula uero ista dī q in saluandis omē peccatum ueniale deletur a gratia finali. 7 hoc q3tuz ad culpā 7 non q3tū ad penam imo illa soluetur i purgatorio. Se let autez peccatuz ueniale gratia finalis in ipsa dissolutione corporis 7 aie ex ?tre cōplexionis 7 sui status q3uis nō fit motus cōtritionis ad illud directus. secūduz hoc intelligitur. uerū Aug. q dicit. q in purgatorio pōt esse absoluo a pena. nō a culpa. hoc ab ātiquis dictum ē. sed nunc cōiter tenetur q peccatum uenale hic deferatur a multis. 7 q quantum ad culpam in purgatorio ēt purgatur quia do minus dicit de q3busdam peccatis q nō remittuntur neq3 in hoc seculo. neq3 i futuro. Exponit grego. q uenalia dimittentur. i futuro q si intelligatur quantum ad penam tantuz tūc expositio Gregozij nulla est. quia etiam mortalia quo ad penā purgantur. que hic soluta nō est. Tertius ē. quia minuit feruorem charitatis sicut aqua in igne proiecta. licet ignē nō extinguat. feruoze tamen illius tēperat Quartus est. q2 potentias aie in bonis operibus laflat. sicut qñ punitur pondus super equum minus erit promptus ad ā bulandum. Quintus ē. q2 retardat a gloria. q2 homo qui deberet 7 posse statim e uolare ad celum p9 mortem. cogitur pp uenialia ad tempus in purgatorio expectare Nunquaz enim ab aliquo facius dī uidebitur. donec soluat minimū quadrātem uenialium peccatozū. s. per penā. Oportet. n. quēlibet ita mundum esse ante introitum paradisi. sicut fuerat in innocētia baptismali. Sextus est q bona glozie celestis diminuit. nō quidem illa que iaz debenē 7 que iam hēmus ibi per meritū reposita. sed que deberentur si uenialia non fierēt. q2 medio tempoze possent alia bona fieri q3 illa fiunt. propterea p9 perpetrationē uenialiuz opz nos opera quedā puertere ad solōnē huiusmōi dōbitoz. p que nobis deberet crescere cumulus eterni pmij. Septimus effectus ē. q uenialia sepe si occasio mortaliū peccōzū 7 hoc quattuoz mōis. sicut hēs s ca° proximo. ubi dī q actus g ex se uenialis est. pōt fieri mortalis quattuor mōis. Hoc ē etiā singulariter aduertendū q fic ad remissionē pcci mōtalis exigitur dīsertio actus peccādi cū uoluntate in posterū absti nēdi. fic quoq3 pccm̄ ueniale in pūti nō dimittit nisi actuū pposito dīferatur. De septē uitijs capitalibus inspe. Ca. xiiii.

p Eccatorum actualiū. unum est inicium. duplex radix. triplex fomētum. septiformē caput unum imicium dicitur superbia iuxta illud eccli ca pitulo. x. Initiū omnis peccati superbia

Duplex radix est timor male hūlias. ⁊ amor male accendēs tamē ois timor ortū hz ab amore. nullus. n. timet aliquid perdere nisi q amat illud habeř. Triplex fomentū. sūt tria que sūt i mūdo. s. cōcupia carnis. cōcupiscia oculorū ⁊ supbia vite. Septifome caput sunt. Supbia. Inuidia. Ira. Accidia. Auaritia. Gula. ⁊ Luxuria. Int̄ que sūt gnq̄ spūalia. duo vero carnalia. Sufficentia hor vitioruz sic pōt colligi. Uolūtas nr̄a deordinatur aut q̄ appetit nō appetendū. aut q̄ refugit ñ refugendū. Si ꝑmo mō aut ē interius. ⁊ sic ē vana gl'ia. aut exterius. ⁊ sic est auaritia aut iferius. ⁊ sic ē delectabile. Sed illud delectabile aut est ad cōseruationē indiuidui. ⁊ sic ē alimentū q̄ō appetitur in ordinate a gula. aut est ad cōseruationem spēi. ⁊ sic ē coit⁹ q̄ appetit a luxuria. Si āt volūtas nr̄a deordinaṫ quia refugit q̄ nō est refugendū. hoc pōt eē triplr. aut. n. refugit q̄ō nō esse refugēdū scōm peruersū instinctū rōalis. ⁊ sic est i uidia. aut scōm instinctū puersū irascibilis. ⁊ sic est ira. aut scōm peruersū instinctū cōcupiscibilis. ⁊ sic ē accidia. Ex his pz q̄ quattuor sūt appetibilia ⁊ tres sūt vires secūdū quarū instinctū est fuga. ⁊ ideo tm̄ sūt. vii. pcā capitalia. Pecca/ta que dicta sūt q̄ñq̄ se publice oñdunt vt q̄ñ directe fiunt. q̄ñq̄ vero sub quadā ſpe paliata decipiunt. Unde supbia q̄ñz dic ad hoc volo preeē vt possim ꝓdesse Ira dic nō debent illata mala tollerari ne cōsuescant infezzi. Inuidia dicit alijs. bona nō cupio. ne in successibus eleuent Accidia dic ad hoc in laboribus mihi p co ne temeritate indiscretionis arguar. Auaritia dic. Ad hoc sunt multa cōgreganda ne pp iopiā cōmittatur furtū vel rapina. Gula dic ad hoc est corpus cibis ⁊ potibus delicatoribus nutriendū vt fit fortiꝰ ad ꝺo seruiēdū. luxuria dicad tēpꝰ dz quisq̄ ad libitū viuere. vt possit post ea fortiter penitere. Septē vitia compātur septem beſtijs. Superbia cōparatur leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Accidia asino. Auaritia ericio. Gula. vrso. Luxuria porco. Alio cōpatur; vii. infirmitatibus. Supbia compatur inflatōi. Inuidia lep̄. Ira freneſi. Accidia litargie. . Auaritia hidropisi. Gula epilentia. Luxuria febri Septem vitia christi passione curantur Capitis inclinatio in cruce curat supbiā Oratio pro inimicis irā. Apertio latetis inuidiā. Portatio crucis accidiā: Traditio ipūs patri corporis cruci. mris discipulo. vestitū crucifixoribus. hec curant a uaritiam. Flagellatio luxuriā. Poratio fellis gulam.

De supbia. Cap. ij.

Nunc dicendum est de. vii. vitiis capitalibus in ſpe. ⁊ primo de supbia que ē regina oium vitiorum ⁊ matez. Est autem supbia vt ait. Aug⁹. puerse celsitudinis appetitus. Unde sicut idē Aug ait. Supbia oibus inuidet. s. maioribus. q̄ eis non equatus. Inferioribus q̄ ei e quari timet paribus q̄ ei equātur. Supbia dr̄ initium ois peccati triplici rōne. Prio pp cām que inuenit in omni pcō quia in oi peccato inuenitur cōtemptus dei qui ē quedam cā peccati. Idem autē cōtemptus ē auersio a creatore que i oi peccato ē vbi preponitur bonū cōmutabile bono incōmutabili. quia sic fine caritate alie virtutes nihil sunt. ita fine superbia alia vitia nihil. abstrahe superbiam ⁊ habebis gram. q̄ superbis deus resistit hūlibus autem dat gratiā. Cōnexū .n. inquantū huius non ē receptiuū. sed cōcauū. Secūdo q̄ ꝑmū pcm̄ fuit. hoc enim gñe peccauit diabolus in celo. Isa. ca. ix. Ponam sedē meā in aglone ⁊ ero si al. Et ꝑmus. hō in paradiso Hñ. ca. 3. Eritis sic dii scientes bonum ⁊ malū. 3°. quia ex ea nascūtur alia vitia scōm pus ⁊ posterius. hoc ē mediate vel imediate sic hētur. ā. c⁹. de effectu vitioruz. Est āt inter superbiam ⁊ vanam gloriā dr̄a. gaz vtrobiq̄ sit appetitus proprie excellentie. tū superbus sibi appet magnus i

tus. sed vanagloriosus appetit apparere in ore aliorū per laudē exteriorem. Diuersa pcā dr radices et initia siue cause aliorū peccatorū sz diuersis respectibus Superia dr initiū oīs pcci pp tres cās superius enarratas. libido ēt dr cā oīs peccati sic ait Aug. z hoc pp dilectatōem creature que in ordinate trahit aiaz z auertit a sūmo bono. Est. n. libido iproba voluptas qua monetur aia rōnalis ad hoc qđ delectetur i creatura. Cupiditas etiā dr radix oiuz malorū sic dic apl's. 1ad thi vi. z hoc propter eandē rōem sicut libido Est. n. cupiditas examore inordinato ad creaturā. Luxuria ēt scōm Cassianū dr radix oīs pcci. qz carnales delectationes nobis sunt naturales ad naturalia āt pmpti sumus z difficulter resistimus. In animis glē septē sūt filie scōm Gre. Prima ē inobedientia. qz vanagloriosus in nullo vult vid ri iferio quod fieret si faceret mandatū. secūda ē cōtentio qz vult vincere cū clamore. z hoc propter apparere Tertia est iactantia qua quis ennarat bona sua. vt laudabilis appareat. Quarta ē hypocrisis que querit in exterioribus hoibus apparere. Quinta ē pertinacia que factū suū vel dictū malū defendit. ne errasse videatur. sexta ē discordia que cōtra oē dictū sustinet vel assūitur cōtrariū propter vanā gliam. septima ē nouitatū pūptō qua quis noua vel dic vel inuenit ut laudetur. Quattuor sūt spēs superbie quas assignat. Greg. 32°. moralis. Prima est cū hō ase ipso estimat hre bonū qđ hz. scōa si desuper datū credit p suis tū meritis accepisse se putat. Tertia cū iactat se hre bonū qđ nō hz. Quarta qñ ceteris dispectis singulariter vult videri. Per primā z secūdā spēm iniuriat hō deo in se. qz per pmā ponit se hō totā cām sui boni. sed i secunda pōit se cāz pncipalē. In tertia vero spe iniuriatur hō deo in proximo. In quarta āt iniuriatur hō deo in eo qđ nō hz. Gradus superbie secūdū ber. sī. 12. qui sūt. Curiositas. Mētis leuitas. Inepta letitia. Jactātia singularitas. Arrogantia presūptio pcōrum defensio silata cōfessio. Rebellio. Libertas peccandi cōsuetudo. Nūerus istoruz sic accipit. Hō p superbiā iniuriatur đo z hōi deo cui dz eē inferior hōi cui dz eē par. sex primi gradus accipiūtur secūdū iniuriā que fit hōi cui dz est par. Quattuor aliū secūdū iniuriā que fit hōi superiori. vt plato. Duo vltimi determinātur propria qztū ad iniuriā que deo imediate fit hoc iō dicimus. qz superiores gradus i deū redūdāt sed mediante pximo. Gradus āt vocatur. qz fit a minori pgressus ad ius. Prius. n. malus ē. secundus peior z sic scandendo iuenitur qvltimus est pessimus. Uñ iniuria que ē respectu pares ē minor. Illa vero que ē respectu superiores ē maior. sed illa que est respectu dei ē maxia propr qz z isti gdus taliz ordinantur. Superbia facit mlta mala. Primo id qđ dei ē usurpat. s. gloriā. Isa. 4-2. gloriā meā alteri nō dabo. In bōis. n. opib9 que facimus duo sūt. s. honor z vtilitas. sed p mū dns sibi reseruat. aliud nobis tribuit Unde debemus deo suā partē relinquere si nra parte nolumus spoliari. Scōo perfectos viros impugnat. Superbia ē. n quasi turris babilonis que vsqz ad celos i, vsqz ad vizos celestes debebat pringere. superbia ēt bōis operib9 isidiatur ut pereāt. Unde superbia inexpugnabilis ē sic castrū in alto mōte situ. tertio gratia dei hoiem denudat Jaco. iiii. superbis dr us resistit. zc. 2°. Reg. i. zMōtes gelboe nec ros nec pluuia veniat super uos. Uñ scōm naturā cōnexū nō ē receptiuū sed cōcauū. quarto āt hoiem đo priuat. Ugo de scō Victore superbia aufert mihi deum. Invidia proximū. Ira me ipm. superbia ēt deo odibilis. Ecc. 10. z pū. Tria sūt que odit deus pauperē superbū. zc. Bellum impugnat. qz vexillū inimici sui. i. diaboli pōit i castro suo z tōpōit vexillū christi. s. crucem quā debet sēper hō portare iuxta illud. cap. ie. Qui vult vēire post

me diabolo hoīez assimilat Ipse ē.n. rex sup oēs filios superbie. Uñ sicut dñs ait de charitate luc. xiii. Jn hoc cognoscēt oēs q discipuli mei eritis si dilectionē hūeritis ad inuicē. Jta pōt diabolus dicere de superbia. Jn hoc cognoscent tē. Hoiem stultū demonstrat. qz ācillā oznat t dñaz nudā relingt. Item qz magna pzo modico vēdit. i. pzo laude hūana. Itē qz credit se posse cū supbia illuc attingere. vbi diabolus existēs non potuit cū supbia remanere. Hoiem deiecit. qz scandētes i altum de facili cadūt. t qui se eleuāt sub hostio humili de facili caput ledunt.

De inuidia.

Cap. 16.

Nuidia ē ut ait Aug. odiū facilitatz aliene. vel secūdū Joānem damas. Inuidia ē tristitia de alienis bonis. Dī āt inuidia a nō videndo. qz nō pōt uidere bona alioz. Unde displicētia boni que ē inuidia pōt notari per uisionē interiozē t exteriozē sicut vult Seneca dicēs. Quicqd mente fugimus igestum oculis vix uidemus. Inuidia hēt gnaz filias scām Gre. Pria est odiū qō est velle malū alicui t nolle bonū. Scda ē exultatio i aduersus proximi. tia ē afflictio i prospis proximi quarta ē susurra° que ē detractio latens. quinta ē detractio. hec aūt fit in operato qz ia intendit melior apparere illo cui detrahit. Inuidia multa mala facit. De lumine facit tenebras. de videntē cecū. qz proximi bōa videre nō pōt. Uñ inuidus cōparatur noctue t vespertilioni. Aug. Egris oculis odiosa ē lux que puris est amabilis. De uita morit. G. Panis uitam fortiū roborat t paruuloz necat. Uñ inuidus cōparat fabricitādi cui ēt bōi cibi sī cōtrarii. Deo cōtrariatur. qz tā bonus est deus vt ait Aug. vt ēt de mal bonū elicit. at. sz econtra tā mali sūt istī. vt de bonis malū elicīāt. Itē diuina bonitas oia sua cōicat. istī xo nō. Item deo placet bonus bois. ac malū displicet. istī āt ecōtra bonū gr̄e t nature peruertūt. Uñ sicut oia mūda mundis. sic istis oia sūt imunda. Et sicut bonis mala cooperant in bonū. ita i uidis bona cooperāt in malū. Unde talē aurū conuertūt in cupzū gēmas in lutuz granū in paleā. uinum in aqnā. mel in fel. diem in noctē. gaudiū in merozē. rosam i palirum balsamū in sterqlinium. electuariū in venenū. Hoiem maledicit. Jsa. 5. Ube q dicit bonū malū tē. Stultū effi cit. Nimis errat q idcirco sibi vult vnuz oculum erui. vt alii ēt vnus eruat. sicut facit inuidus t diabolus q per hoc q alius inuidēt sibi magis nocet. Auctozē suum tozquēdo ledit. Sene. Utinā inuidi in oibus ciuitatibus oculos t aures hērent. Pzoximū fraudulēt decipit. Unde inuidus cōparatur cani q blanditur i facie t mozdet a tergo. Jtez qui osculo xp̄m tradidit. itē bōi perfido q ledit hominē qui eū nunq̄z molestauit.

De ira.

Cap. 17

Ra est vt ait Aug. ulciscendi libido. t Cas. Jra est motus ai cōcitatus ad penam. hec ē diffinitio ire per vitiū non per zelū de qua ē hic agendū. Jra igitur duplex eē hz. s. nature et mozis pzout ez go deozdinat ab optimo habet eē mozta le qō vitium ē quia ira non ē peccatuz ztione pure passionis. imo pena. sed cū hō dicit quandam actionē per quam de ozdinat hominem. t ēstum ad deum. t quantum ad pzoximū. Ult enīa se expetere vel a iudice a deo constituto t sub deo. Utrū teneatur quis remittere iniuriā inimico petenti. Nota distinctionem. qz ex iuria solent oziri tria. Pzimū ē rancoz in affectu. Secūdum est rancozis signum in effectu. Tertiū est actio contra iniuriātē Pzimū tenetur quis statim remittere. t si non rogetur. Secundū teneī remittere veniā veraciter petenti. i. parato emēdare secundū facultatem suā. Tertium nō te

netur remittere. Si vero volueris scire vtrū ille cui facta est iniurta debeat amicitiam querere sciendum q duplex ē debitum. primum est necessitatis sine quo non est salus. Secūdum ē perfectionis. Quātū ad primū debitū non tenetur qs reconciliationem querere siue amicitiam Sed de scdo dic Chrisos q debz quere re reconciliationez vt duplicē coronā consequatur. vnā q iniuriā passus ē. Aliam q prior rogauit. Dis autem ponit tres gradus circa fratrū re cū dic Ma. f. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui aūt dixerit racharcus erit cōcilio. Qui autem dixerit fature reus erit gehenne ignis. De his dicendum est q vbi creuit gradus culpe creuit z ordo pene. Unde recte ira fine voce punienda ē iudicio ira cū voce concilio ira cū sermone cōtumelie gehenne igni mancipatur Secundū Aug. In primo est ira tātuz In secundo ira z uox. In tertio ira est z sermo z certa expressio irrisionis. Dicit autem Grego. q iudicium ē cause discussio. concilium sententie diffinitio gehēna ignis finie executio. Notandum q reddere malum pro malo est fragilitatis. sicut fecit Joab quando interfecit. Abner. s. interfectorem fratris sui asael. Sz reddere malum pro bono est peruersitatis. sicut fecit iuda tradendo xpm. Reddere bonum pro bono est equitatis sicut fecit assuerus quando Mardocheū honorauit. Reddere bonū pro malo ē perfectōnis fic fec btus. Stephanus qñ p inimicis suis orauit. Filie ire secūdum Greg. sūt sex. prima est rixa. hec est audax voluntas vidicandi iuriā factā p se. Secūda ē tumor mētis. hec est volūtas vindicādi causa fugiens aduersantem ne cū eo colloquiū habeatur pp extimatas inimicitias. Tertia ē contumelia que est volūtas se vindicans per exprobationē malorū. Quarta ē clamor que est volūtas se vindicans in exaltando vocem per vituperium exprobratum z ad aliorum per venientes aures. Quinta est indignatio que ē uoluntas se vindicans per signum molestie exterius declaratum. sexta ē blasphemia que est voluntas se vindicans per opprobrium deo vel sanctis illatuz Ex ira veniunt multa mala. Hospitium spiritus sancti turbat. Gregorius Dum ira animum pulsat spiritui sancto hospitium suum turbat. Nam sicut in pace factus est locus dei. sic in discordia locus diaboli. Tales sunt etiam incendiarij domus dei psal. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum domine zcetera. Unde isti sunt similes draconi qui emittit ex ore ignez. Quod dei est sibi vsurpat scilicet vindictam. proverbi. xii. Mihi vindictam z ego retribuam. Talis se fecit iudicem. z deum vult esse tortorem sicut dic Augustinus. Dic enim maius in orationib9 suis. Domine occide malum inimicum meum. Respondet ei dominus. quez vestruz. Ambo estis mali imotalis vult esse actor z iudex in eadem causa. Stultum se demonstrat. quia per cor suum immittit gladium vt ledat tunicam inimici. immo si sapienter faceret prius se de se ipso vindicare deberet. iram. s. per celum aduersus iram suam per vitium assumendo. Limam purgationis cōuertit in rubiginem deprauationis. aduersitates enim que ipsum deberent a peccato purgare per impatientiam magis inquinant z fornax probationis mutat ei aurum in cuprum. z flagellum ex grano facit paleam. Duram sententiam tal' in iudicio expectabit. Cum enim dominus improperabit quibusdam. Nudus fui z non cooperuistis me. Math. 25. Quid dicturi sunt illi qui non solum nudos non vestiunt. sed etiam vestitos spoliant. Bellum mundi carnis z diaboli contra se instaurant. sed sapientes sedāt maiores guerras pp maiores que imineāt

malam faciunt cõmutationez.qz aufere
do paliũ bone fame dãt tunicã innocen
tie. Remedia ire sũt. puer.26. Solenti
obseruatio prouer. Cũ defecerit ligna
extinguet ignis.qz sicut ex collisiõe duoz
corporũ elicitur ignis.ita ex amaris ver
bis aliquoz ira concitatur. puer.15. Re
sponsio mollis frãgit iram. z sermo dur9
excitat furorẽ. Ibi dẽ. Quasi q canez au
ribus tc. Hñice passionis pfideratio. S.
Si passio dñi ad memoriaz reuocatur n
hil a deo durũ est qõ non equanimiter
tolleret. Hoc figuratũ est nũeri.21. Ubi
spicientes serpentẽ eneum sanabat. Itẽ
triduo totus fuit i sepulchro. ſz non totū
et totus fuit in iferno. ſz nō totum. qz to
tū. qz totus dicit personā. totū vero dicit
naturam. Simili dicendum q; cuz vnio
aie cum corpore faciat hoium. xp̄s in illo
triduo ñ fuit hō ſz aia ⁊ caro vnita eēnt
cū vbo. De resurrectione christi.

Capitulum. 23.

c Christus resurrexit tertia die a mō
tuis resumēdo corpus nō tale qua
le prius hūit. sed impassibile ⁊ inimorta
le. Caro enim xp̄i que in natiuitate flozu
it in passione aruit. p gloriam resurrectio
nis reflozuit. ⁊ renouata est vt aquile iu
uenrus. tūc leo catulum suū suscitauit. et
vt fenix reuixit. tunc ficut dicitur Jere.
xviii. Figulus ex eodē luto fracti vasis fe
cit vas aliud sic̄ placuit i oculis eius. Tūc
Jonas ō vētre ceti ille⁹ exiuit. tūc ve
stitū ē cādelabz auro. tūc suscitatū est ta
bernaculū dō qō cecidit. tūc refulsit sol
q; prius erat i nubilo. tūc viuificatum est
granū frumenti qō cadēs in terrā moztu
uz fuerat. tūc ceruus resūpsit cornua tūc
Sanson tulit portas cū postibus. tūc Jo
seph eductus ō carcere rondeī ⁊ cōstitui
tur dns Egypti. tūc cōsciss⁹ sacc⁹ circū
datur letitia. Dns probauit resurrectiōz
suam eē verā p angelos q; nō mentiūtur
Math. 28. Ridens āt āgelus dixit mlie
ribus. Itē p inimicos quoz validissimuz
ē testimoniū Math. 27. ecce qdā ō custo
dibus uenerūt i ciuitatē ⁊ nūciauerunt
pncipibus sacerdotū ⁊c. Itē pbauit eam
nō arte magica factā. ⁊ hoc p comestiōm
Itē non eē fātasticī corporis. ⁊ hoc p tac
tū. Itē probauit in eodē corpe quo pass⁹
est factam. ⁊ hoc p ostensionem circatri
cum. Item probauit eam fuisse in corpo
re glorificato vnito deitati. ⁊ hoc per in
gressum in domum ianuis clausis. Itez
probauit eam multis apparitionibus.

Apparuit.n. ipsa die resurrectionis qui quies. Primo. Marie magdalene. Jo. 21. Mulier quid ploras. Scdo mulieribus redeuntibus a monumēto. Math. vltio tertio Petro. sed nō invenitur modus. quarto duobus discipulis eūtibꝰ i emaꝰ Luce vltio. qnto discipulis congregatis pp metū Judeorū qñ Thomas non fuit cū eis. Jo. 20. Jtē apparuit iter resurrectionem 7 ascēsionez quinges. Primo Thome cū alijs. Jo. 20. Scdo discipulis piscātibus ad mare thyberiadis. Jo. 21. tertio discipulis in monte thabor. Math. vltio quarto in Jerusalē. quinto qñ comedit cū discipulis. Mathei. 7 luce vltimo. 7 actuū. i. Multis de cāis surrexit dñs. s. vt scripturas ipleret. qñ. n. dominus dixit. Ecce ascendemus hierlimā 7c. Luce. 18. subiunxit in die tertia resurget. vt nos ad surgendū spiritualiter ꝓuocaret. qz turpe ē ut sedeat seruus qñ cozā eo surgit dominus vt futurā resurrectionē in se probaret. vt potentiā sue diuinitatis ondēret. qz mortuos suscitare nō ē opus nature. sed diuine potētie. Non est. n. regressus a ꝓuatione ad habitū. vt nos ad contēnēda terrena ꝓ adipiscenda glia animaret. Surrexit xps velociter. qz tertia die. Nam sicut ianuis clausis ad discipulos intrauit. 7 sicut salua virginitate de vtero matris exiuit. sic eum mortuū nec petra in aqua iacuit. nec militū custodia potuit retinere. Integraliter. qz i corpore 7 aia socialiter qz multa cozpora sanctorum qui dozmierant surrexerūt. Et zealiter. Apꝰ ad Ro. 6°. Christus resurgens ex mortuis iam non mozitur 7ce.

Similiter surgendū ē nobis spiritualiter sicut eis modis resurgemus i die iudicij cozporaliter. Resurrectio christi ē cā 7 figura nostre resurrectionis spiritualis causa dico motiua. 7 hoc dr quia cā motiua est in cōpatione nostri. Dum. n. consideramus gloriā resurrectiōis christi mouemur ad surgendū i nouitate vite. Jtē cā motiua ē in consideratione dei patris qm̄ pater deus resurrectionem filio moueter ad dādam eādem gloriā fratribus suis sicut rex qñ facit filiū suum militem mouetur amoze filij vt cū eo faciat multos milites. Figura vero fuit qz sicut xps surrexit in nouitate vite. ita 7 nos in nouitate vite ambulemus. Jtē sicut die resurrectionis xpi precesit dies mozis in pasceue. 7 dies quietis in sabbato sequēti ita 7 nostram gloziosā resurrectionez precedit in nobis mozrificatio vitiorum 7 quies cōtēplationis eternoruz. nota qꝰ sicut duplex est moz. s. aie per culpam. 7 corporis per extinctionem. ita duplex est resurrectio. s. anime ꝓ gratiā 7 corpis per gloriam. Et sicut anime moz causa fuit mozteꝫ corpozis sicut habetur Gen. tertio. Jta econtra resurrectio aie causabit resurrectionē cozporis gloziosā. Sciendū qꝰ qdā resuscitātur ficte sicut Samuel qui licet vere. Sauli apparuerit. vt habetur primo Regum 27°. non tñ vere resuscitatus fuit quidam iperfecte sicut Lazarus iterum morituꝰ. quidā perfecte sicut christus semper victurus Prima resuscitatio significat cōuersionem sine penitentiā hypocritarum. Secunda recidiuantium. Tertia perseuerātium.

De ascensione christi. Cap. 24.

Differentia ē inter ascensionē 7 assumptionem, 7 euolationem quoniam ascensio pertinet ad christum. Assumptio ad beatam virginem. Euolatio autem ad alios sanctos. Et rō huiusmōi est quoniam ascensio fit propria virtute ascendentis. Assumptio autem virtute christi assumentis qua filius obsequitur matri. Euolatio vero fit ministerio angelorum. Alia est dra qz locus euolantium est secundum distinctionem chorū. Locus vero assumpte virginis est sup choros angelorum. Locus christi ascendentis est supra vel vltra locum assumpte virginis. Circa ascensionem christi octo sūt consideranda que circunstat ascensionez

ꝛ colliguntur ex officio de ascensione. pri
mū ē ꝙ eleuatus ē videntibus discipulis
vt desiderīū veniendi ad ipsū excitaret
in eis. secūdum est ꝙ nubes suscepit eū
ab oculis eorū. p vmbraꝫ nubis signatur
ꝙ in hoc mortali corpe. Jesum in altum
videre nō possumus. ꝫ. ē ꝙ eleuatis mani
bus ferebat in celū. Eleuauit manus pp
duo. s. ut suos patri offerret ꝛ vt inimi
cos manu alte retracta pcuteret. quartū
est ꝙ dū dixit eis vt eos contra hostem
muniret ꝛ bonis celestibus augeret. qn
tum ē ꝙ ascendit in nubilatione ꝙ refert
ad vocē iocūditatis redemptorū ascēdē
tiuꝫ cū ipso qui prius voce lachrymabili
in portis inferni clamauerunt. Aduenisti
desiderabilis quē expectabamus. sextuꝫ
ē ꝙ ascendit i voce tube. qō refertur ad
sonū prdicatōis apostolorū qui sonus fu
it eis iniunctus dicente dño. Luce. ix. Eū
tes in mūdum vniuersū predicate euan
gelīū oi creature. Matth. vltimo. Ex tūc
enim i omnem terrā exiuit sonus eorum
septimū ē ꝙ ascendens in altū captiuaꝫ
duxit captiuitatē idest captiuos i captiui
tate inferni quos secum victor eduxit, oc
tauū ē ꝙ dedit dona hoibus. qz omia bo
na nostra desursum sūt quo christus ascē
dit. Horuꝫ prima duo habētur ex episto
la. sed ctium ꝛ quartum ex fine euāgelij.
Luce vltimo. quintum ꝛ sextum ex psal:
septimū ꝛ octauum ex epistola pauli ad
epos. quarto. Ascēdit christus egressus
ad celum multipliciter. Tranquam verus
obediens completa obedientia quo ad pa
trem tāq̄ bonus mediator facta pace ꝛ
concordia quo ad homines tāq̄ strenuus
ꝓpugnator contra demones. Ascendit
christus pluribus de causis. s. ad ꝓcscen
dum post laboꝛes quibus fatigatus fuit
triginta tribus ānis nobis seruiēs. Ad in
tercedendū ꝓ amicis, ꝓ q̄bus vtilē labo
rauit. Ber. Securū accessū habes o hō
ad deū vbi habes filium mediatorem. ꝛ
matrem mediatricē. Filius ostendit patri
latus ꝛ vulnera. Mater ostendit filio
pectus ꝛ vbera ibi nulla potest eē repul
sa vbi tot occurrūt amoris ifignia. Chri
stus ergo optim⁹ aduocatus ē qui tot ha
bet linguas, ꝓ nobis loquen es quod pro
nobis vulnera accepit. ad cōquerēdum
de inimicis pro quibus vires suas in vti
liter expēdit. Jsa. xlix. In uacuum labo
rauī item ascendit christus vt nobis locū
preparet. Jo. 16. Vado uobis parare lo
cū vt fiduciā hoc ipsū sperādi nobis tri
bueret vt in corporalē possessionē et ne
hereditatis nos mitteret. Jo. ix. Si enī
nō abiero paclytus nō ue. ad vos. Vt de
siderīū nostrū post se traheret. Cant. i.
Trahe me post te. Vt viā nobis ad celū
ostēderet. qz sicut dixit Lucas. 24. Edu
xit dñs prius discipulos suos foras ciui
tatē in Bethaniā vt ipsa eductōe cogno
scerent hic nō habere manētem ciuita
tem. Quod autez in Bethania eduxit
eos prius que interpretat domus obedi
entie signat ꝙ per bonū obedientie trā
fituri essent ad celestia. post hoc tranfire
fecit eos in montē yliuarū vt ꝓ mōtem
intelligat eminētia spūs i cōtēplatioe p
oliuas aūt pinguissimi pectoris deuotio.
Ulterius vero post ista nō restat nisi. salt⁹
aie in celū. Exaltatus fuit xps triplr. s. i
terra p vite meritū. sup terrā p crucis su
spendiū. sup celos p ascēsiōis iubilū. As
censio christi fuit ageliis mirabilis. Jsa.
63. Quis est iste qui venit de edon tictis
vestibus de bosra. demonibus terribilis
.i. ꝛ. g⁹. Non fuit tantū gaudiū heri et
nudius tertius. Ube nobis. Nec sūt ver
ba philistinorū qui vociferabant filii Is
rael. dū aduceretur archa federis de sy
lo in castra ut per eam haberent diuinū
adiutoriū i prelio. Noib⁹ salutaris ficut
apparet supra ex multiplici ascensione
christi. Ascendit christus multipliciter.
s. potēter. qz eleuatis mānibus ferebatur
in celum patenter qz videntibus illis ele
uatus est. Gaudenter quia ascendit in iu
bilatione. Dicenter quia cuꝫ duabus tur
mis regrediebatur. s. hominum. ꝛ angelo

rum. Non ãt dico q̃ ibi fuerit angeli i ad
intoziuz neceſſitatis. ſz in obſequiũ digni
tatis. Noies quoq; illos dico quos de ife/
ris liberauit. ⁊ q poſt reſurrectionẽ mor
tui ſũt de numero ſaluãdoꝝ. nec purga/
tozio ulterius indignẽtes. Clementer ga
bñdixit eis. xp̃s nõ ſtatiz p⁹ r̃ſurrectionẽ
celũ aſcendit triplici rõne. Prima q̃ dif
ferenda erat aſcẽſio vt multiplicit̃ ꝓba
retur reſurrectio. vt dr̃ Actuũ. j. In mul
tis argumentis apparẽs eis per dies. 40
ſcõa ẽ ut patientiam nr̃am informaret
qua mercedẽ debemus equanimit̃ expec
tare. ſicut agricola nõ ſtatim p⁹ ſeiationẽ
metit. ſz fructuũ maturitatem expectat.
tertia ẽ pp diſcipuloꝝ cõſolationẽ. vt di/
cit gloſa. Act. j. ſicut. 40. fuerũt hoze mõ
tis xpi. ita. 40. diebus cũ eis cõuerſatus
eſt poſt reſurrectionẽ. q̃ ꝓſolatio diuina
excedit triſtitiã humanã. Nota q̃ xp̃o cõ
uenit deſcendere de celo tm̃modo ſcõm
diuinã naturã. q̃ deus illuc veniꝛ dicitur
vbi ſpãli effectu apparet. ſz aſcendere ꝓ
prie ei cõuenit ſcõm humanã naturaz. q̃
ſecõm illam ſolũmodo mutat locũ. nõ ſe
cundũ diuinã naturã.

De aſcenſu xp̃i ad dexteram. Ca. xv.

a Scendẽs xp̃s in celũ ſedet ad dex
terã dei p̃ris oipotentis. Duo itel
liguntur p dexterã. Primũ eſt equalitas
maieſtatis ad quã xp̃s ſedet ſcõm diuini
tatẽ. De hac dextera logtur Ap⁹ ad he.
j. dicens. Talem hẽmus pontifice q̃ cõſe
det in dextera maieſtatis in excelſis. ſcõz
ẽ q̃ per dexterã intelligũtur potioza bo/
na glozie in q̃bus xp̃s ſedet ſecundũ hũa
nitatem. q̃m collatum ẽ ei a deo q̃cq̃d con
ferri potuit. ⁊ licet ab inſtãti cõceptionis
xp̃s acceperit bõa gr̃e ⁊ glozie in aia ea/
dẽ tamen bona fuerũt in aſcẽſione mani
feſta. ⁊ in loci cõgruẽtia cõpleta. De hac
dextera dr̃ ad colo. 3°. Que ſurſũ ſũt que
rite vbi xp̃s eſt i dextera dei ſedẽs. vbi di
cit glo. que ſurſũ ubi ſedet xp̃s ſunt potõ
ra bona gr̃e ⁊ glozie. Dicimus ergo q̃ a
ſcenſio xp̃i fuit tã ad locum q̃z ad dignita
tẽ Inquantũ quidẽ fuit ad locũ ſic aſcen
dit ſup̃ oẽs celos vſq; ad digniſſimũ locũ
celi empirei. ſiue ad altiſſimã eius partẽ eo
q̃ nobiliſſimo eius corpi xp̃i congruit lo
cus talis. Non ẽ tñ dicendũ q̃ corpus ſu
uz ſit obligatuz ad locũ illum. ſz q̃ locus
ille ſit ibi ſcõm cõgruentiã deputatus. In
quantũ autem aſcẽſio fuit ad dignitatem
ſic ſedet ad dexterã p̃ris. non tñ quo ad ſi
tum q̃ patri nõ cõuenit. ſed quo ad excel
lentiam duplicẽ ſicut dictũ eſt q̃ p dexte
raz intelligit̃ equalitas maieſtatis que cõ
petit xp̃o ſecundũ diuinitatem. vel pfec/
tio premij q̃ ſibi cõpetit ſcõm humanita
tẽ. Preterea dũ quoq; nõ eſt q̃ credim⁹
xp̃m ad dexterã dei p̃ris ſedẽre. Stepha
nus ãt vidit eũ ſtantẽ a dexteris dei quia
nos credimus eũ regnantẽ ⁊ quieſcentez
q̃ notatur i ſeſſione. ſz Stephanus i tri
bulatõne poſitus hũit propugnatorẽ ⁊ ſu
ſceptorẽ. vñ vidit eũ ſtantẽ. Merito xp̃s
dr̃ ſedere ad dexterã dei. Sedere quidez
q̃ laborauit. ps. 87. In labo. fui a iu. mea
ad dexterã aũt. q̃ diu fuit i finiſtra aduer
ſitatis. ps. 3 vii. afflictus ſum ⁊ hu. ſum ni.
Dei quia poſt abiectionẽ merito dz cõſe
qui gloriam. quia q̃ ſe humiliat exaltabit

Explicit liber quartus. Incipiunt Ca
pitula libri quinti.

De virtutibus ⁊ origine gr̃e. i
De bono. ii
De diſtinctiõe gr̃arum. iii
De effectu gr̃e. iiii
De virtutibus. ⁊ primo quid ſit
virtus. v
De perfectione virtutũ. vi
De equalitate virtutum. vii
De cõnexione virtutum. viii
De cõmendatione virtutũ. ix
De effectione virtutum. io
De merito virtutum. ii
De hilitatione virtutũ. iz
De operibus meritorijs. iz
De fine actionis. xiiii
Quid mereamur. xv

De diffinitionibus ⁊ differentijs virtu / tum. i6
De differentia virtutum cardinalium ⁊ theologicarum. xvii
De virtutibus theologicis i genere. i8
De fidei vtilitate. xviii
De effectu fidei. 20
De articulis fidei. 2i
De spe.22. De charitate. 23
De differentia inter charitatem ⁊ alios motes. 24.
De effectu charitatis. xxv
Quibus reous charitas assimileť. xxvi
De excellẽtia charitatis. xvii
De signis dilectionis. 28
De gradib⁹ amoris 29
De ordie charitatis. 30
De dilectione ꝓximi. 3i
De dilectione inimicorum. 32
De virtutibus cardinalibus i gñe. 33
De prudentia. 3iiii
De temperantia. 35
De fortitudine. 3vi
De iustitia politica. 37
De donis in communi. 38
De timore in communi 3vi ii
De timore seruili. xl
De timore initiali. xli
De timore filiali. xlii
De dono pietatis. xliii
De dono scientie. xliii
De dono consilij. xlv
De sapientia ⁊ intellectu. xlvi
De btitudinibus in genere xlvii
De prima beatitudine. xlviii
De secunda. xlviiii
De tertia. l
De quarta. li
De quinta. lz
De sexta. lz
De septima. liii
De octaua. lv
De sensibus spiritualibus. lvi
De fructibus spiritualibus.iz⁹ lvii
De dulia ⁊ latria. lviii
De preceptis in genere. lviiii
De primo ꝓcepto. lx
De secundo. lxi
De tertio. lxii
De quarto. lxz
De quinto. lxiiii
De sexto. lxv
De septimo. lxvi
De octauo. lxvii
De nono ⁊ decimo. lxvii⁹
De consilijs in genere. lxviii
De consilijs euangelicis. lxx

Expliciunt capitula. Incipit liber gratus.

De virtutibus ⁊ origine gratie.

Capitulum. .i.

Uemadmoduz de celis deus nõ descendit p essẽtiam suã icõmutabilem sed p influentiã ab ipso manẽtẽ. ita nec spũs rõnalis eleuatur supra se p situ localẽ. sed p hitum dei formẽ. vnde necesse ẽ spũ rõalis si dz eẽ dignus eterne beatitudis q ꝓticeps fiat influentie bonitatis diuine.

De bono Cap. 2

a Bonũ gratie nõ pót quis per se venire cũ hoc ñ sit scõm limites nature. sed scõm influẽtiã largitatis diuie. Sicut n. creatura ꝓ sua defectibilitate suo prĩcipio semp eget. vt sit in esse nature. sic idẽ ꝓncipiũ ꝓo sua bonitate influere nõ cessat creature rõali vitã spũalem. ut bñ sit ei i gratie quã nõ pót hre fine deo largitore. Uerũtñ inexcusabilis ẽ hõ si gratiã gratũ faciẽtẽ nõ recipit. q⁹ gra gratis data semp presto est liberũ arbitriũ excitare ⁊ ꝓmouere cui⁹ ẽ huic ãmonitioni cõsentire ⁊ hoc ẽ q⁹ in se est facere. quo facto põt hõ ad gratiã gratũ facientẽ se preparare. Quãuis n. gra hẽat ỏi donũ efficiẽte nõ tñ fine libero arbitrio cõsentiẽte. q⁹ sicut ait Aug. Qui creauit te sine te non saluabit te fine te. Ihẽ gratia gratũ faciẽtes a trib⁹ ẽ. sed aliter ⁊ aliter. Est. n. a deo efficiẽte a gratia gratis data liberũ arbitriũ excitãte ⁊ mouẽte ⁊a

libero arbitrio cōsentiente. ꝙuis .n. cui li
berū arbitriū nō possit gratiā efficere in
hoīe pōt tū se ad hoc abilitare ⁊ ꝑparaꝛ
vt hēat. Sicut aligs non pōt illuminare
domum. potest tū aperire fenestram quo
facto sol intrat ⁊ domū illuminat. Ꝺō ād
dico de libero arbitrio consentiente itel
ligo de adultis. qz in puulis fides parētū
⁊ sacramentū ecclesie. ⁊ meritū xpi suffi
cit. ⁊ excusat eos in potētia sui. Sciendus
ēt ꝙ habilitatio siue ꝓparatio ad gr̄am
triplex est. s. efficiēs formalis. ⁊ materiaꝰ
Prima est a deo. scōa a gr̄a gratis data.
tertia a nobis. Alia namq; hēt facultatez
⁊ instinctū cognoscēdi ⁊ diligendi deum
ex natura. sed non bz cognitionē veritā
tis ⁊ ordinē dilectionis nisi ex gratia. Ad
opera bona tria nos incitāt. s. lex nature
que scripta ē in corde hois dicens. Que
vultis vt faciāt vobis hoies ꝛc. Rō que
dicit ea esse delectabilia. vtilia ⁊ honesta
Gratia que dicit seruiendum esse deo. qz
sūme bonus. subueniendū proximo. qz ōi
filius. quia imago dei. qz in brītudine soci
us. Gr̄a non datur ei qui se nō habilitat
ad gr̄am. ⁊ de hoc multa hēs exempla. s.
in illo qui ad largientem manū non extē
dit. qz deus quātū in se ē dat omnibus af
fluenter. In illo ꝙ contra lumē oculos clau
dit cum deus facit oriri solē suum sup bo
nos ⁊ malos. In illo qui fontē reperies fū
dum vasis sursū erigit. qz deus sicut ait.
Aug. ingēti liberalitate. ac libertatis ubē
tate repleuit oēs creaturas ꝓ captu ea
rū. In illo ꝙ domum suā cingit spinis ne
ingrediatur aīcus. Ipse vero ōus semp
stat ad hostiū ⁊ pulsat. In illo ꝙ cātabruz
⁊ zizaniā non extirpat de agro suo pp qō
fructus proficere non pñt. In illo ꝙ ligna
igni subtrahit. qz tūc ignis ōficit. In illo
qui ad sumendū cibū negligit os aperire
qz talis ɔz merito fame mori. In illo qui
rpe pugne arma projicit. qz talis sepe ca
pitur ⁊ vulneratur. In illo ꝙ mouere ne
gligit remos rpe tempestatis. qz talis sub
mergitur. In illo qui exīs in egritudine
medico cōtradicit. Gratia nobis procedit
a deo sicut radius a sole. sicut germē a ra
dice. sicut mel a flore sicut riuus a fōte. si
cut imago ab artifice. scōm exēplar inte
rius ⁊ facturam exterius.

De distinctiōe gr̄aꝝ. Cap. 3.

Gratia dr̄ triplex. Prio generali
ter. ⁊ sic gr̄a ē adiutoriū diuinum
creature gratis ipensuz ⁊ inderēt ad quē
cūq; actū qz sine huiusmōi adiutorio gra
tie nihil possumus facere. i eo nec in esse
durare. scōo dr̄ gratia spāliter. ⁊ talis gr̄a
dicitur gratis data. s. donū quo se hō pre
parat ad suscipiendū donum spūs sci. Hu
ius enim gr̄e est reuocare liberū arbitriū
a malo. ⁊ excitare ad bonū sine qua nullꝰ
facit sufficienter quātū in se ē vt ꝓparet
se ad salutē, tertio dr̄ gratia ꝓpriē. s. dō
nū datum diuinitus ad merendū. qō qui
dē donum gratia gratū faciens appellat
Sine ista graria nullus pōt mereri. nec i
bono proficere. nec ad gloriā puenire. ista
gratia triplex inuenitur ⁊ inuitur ex ꝟbis
Apostoli vbi ait. ad coz. iſ. Gr̄a dei sum
id qō sum. ecce ꝑma. ⁊ gr̄a eius in me va
cua non fuit. ecce secūda. sed gratia eius
semp in me manet. ecce tertia Preter ꝑ
dicta dr̄ gratia gratis dās. vt est ōs. Itē
gratia gratie signū vt est prophetia ⁊ po
testas faciēdi miracula. Gratia gratū faci
ens distinguit in operātez. ⁊ cooperantē
Gratia opans dicit pueniens. ⁊ incipiens
ac liberās. qz peccatū expellit. Gratia coo
perans dicit subsequēs. ⁊ proficiēs ac di
uinās. qz liberum arbitrium adiuuat. ⁊ ei
cooperatur i merito. ꝛMultipliciter disti
guitur bonū. est enim bonū per essentiaz
⁊ hoc ē deus. Unde nemo bonus nisi so
lus deus. Est ⁊ bonū per participationez
⁊ illud distinguitur in bonū nature. Unꝺ
Aug. Ꝺē qō est inꝛptum ē bonū ē Beñ.
secūdo. Vidit deus cuncta que fecerat. ⁊
erant valde bona. Item est bonum in ge
nere. hoc est bonū in obiecto sicut elemo
syna. Nam ibi est actus in ꝺbita materia
etiam si desit forma substantiarum. Itez

est bonū ex circūstantia. hoc est qñ bonū gñe vestitur debitis circunstātijs sicut ē dare elemosynā indigenti tēpore debito ex cōpassione ⁊ huiusmōi. Jtē est bonuz virtutis. ⁊ hoc est qñ additur operi perfectio ex pte operantis que est p hituz mētis bone cōstitute. Jtē est bonū meritorium hoc ēqñ additur operi ipsi debiti finis intentio sup motū naturalē. Jtem est bonū gratie vt est ipse hitus gratū deo faciens. Jtem est bonū glorie vt bonuz remunerationes eterne.

De effectu gratie.

Ca. 4.

Effectus gratie ē quod excitat libe
rū arbitriū ad bene cogitandū. ⁊ sanat ipm mutando affectū ipsūq; robo
rat perducendo ad actū. Jtē gratia ho
minē deo reconciliat. a peccato quoq; li
berat ⁊ penā eternam in temporalē con
mutat. Jtē gratia opera nostra mertto
ria nostra meritoria facit. ⁊ bona p pccm cōmissa restituit atq; stabulū in palatium conuertit. Jtem per gram efficitur ania sponsa christi filia regis eterni. ⁊ templū spiritus sancti. Jtem gra ipsā aiam pur
gat illuminat ⁊ perficit. Jtem gra mētez eleuat deo assimilat. ⁊ spūali solatō cibat Nota q q̄nis vir tus gratuita simul ifit aie cū gratia nō tñ hz effectum suū tā ci
to sicut gratia. qm effectus gratie ē face re gratū deo. ⁊ facere dignū vita eterna ⁊ hic effectus stati ineſt puero post bapti smū. Virtutis autē effectus elicere actū meritorium de potentia ⁊ hic effectus ñ statim ineſt puero post baptismū. hoc āt nō est pp defectū virtutis sed pp ipoten tiam nature agētis. Puer. n. nō ē aptus ad actus voluntarios. Unde sciendū q triplex ē perfectio. Prima est gre ⁊ causat gratuitū. scōa ē virtutis ⁊ causat bo
nū actū. tertia est opis virtutis. ⁊ cāt me ritū. prima pfectō pficit aiam. scōa perfi cit aie potentias. tertia pficit ipsos actꝰ.

De Vtutibꝰ ⁊ primo quid sit virtus.

Capitulum. 5.

Unc virtutibus ē agendū ⁊ primo quid sit virtus. Virtus ē vt ait. Aug. bona qualitas mentis. qua bñ viuitur qua nullus male vtitur. quā solus deus in hoie operatur. Hec diffinitio datur in cōparatione ad agentē. Jtē Aug. Virtus ē hitus mētis bene instituite. hec dat in cō paratione ad bonū in quo ē. Jtē phūs p mo ethi. Virtus est hitus voluntarius i medietate cosistens quo ad nos termina ta rōe, put sapiēs determinabit. Hec da tur i cōparatione ad actū i quē est. Jtē phi losophus. 7ꝰ. phicoꝝ uirtus est dispō perfecti ad optimū hec dat scōz cōparatōez ad finem. Jtez Jsidorus. Virtus ē animi habitus nature decus vite ratio moruz pietas cultus diuinitatis honor hominis eterne beatitudinis meritum hec datur i cōparatione ad effectū. Diffinitō Aug. sic exponit. Virtus ē bona qualitas. hic ponit qualitas p gñe bona vero ad dñaz malarū qualitatū aie. Dicitur queq; bo
na qm a bono deo datur. ⁊ bonos tm ibi tat. ⁊ bonos facit ⁊ ad bonū pducit. men tis ponitur ad differētiā qualitatum que sunt i corpore qua bene viuitur ponitur ad differentiam qualitatum quibus rec te intelligitur. sicut est scia qua nullus ma le vtitur ponitur ad differentiam quali
tatum quibus bene ⁊ male vti possumus quam solus deus operatur in homie pōi tur ad differentiam virtutum cardinali um que hñtur per acquisitionem. Circa aliam diffinitionem Aug. notandū est q ibi ponitur hitus mentis beñ instituite. ⁊ hoc ad similitudinem regni. quod tūc be ne instituitur quando recte consulitur ⁊ bene imperatur ⁊ iuste obeditur. Eodē mō bñ institutra est mens si rō recte cōsulit. si voluntas bñ iperat. si sensualitas debi to mō obtemperat. Ethimologia virtu
tis hec est. Virtus. n. dr quasi vis intus. ⁊ hec vis consistit in aggressione arduo rum in tollerantia aduersorum ⁊ in absti nentia placitorum. Jtem dicitur virtus quasi uiror nitens. Jtem dicitur virtus

quasi virū tuens. Itē dicitur virtus quasi uiribus nitēs. Item dr virtus quasi viristatus.

De perfectione virtutū. Cap. 6.

Cum virtus in medio cōsistat scōz phm. illud mediū est in tribus. s. in agendis. i. intra. supra. ⁊ citra modū. ap⁹. Rōnale obsequiū vestrū. Ro. xii⁹. In habēdis. s. inter superfluū ⁊ indigentiā. prouer. xxx. Diuitias ⁊ pauptates ne dederis mihi. In sustinendis. s. inter eleuari in psperis. ⁊ deici i aduersis. vñ illud. Nō declinetis a dexteri neqz a sinistris. Multiplex ē perfectio. s. sufficientie. hāc habēt oēs existentes in charitate. Ordinis h⁹. proprīū est seruare continētiaz. Religionis huius propūm ē renunciare oibus. p̄ lationis ad hāc ptinet ponere aiam p ouibus suis. Securitatis hutus proprium est hēre mortem in desiderio. ⁊ vitā in patiētia. ad p̄mam perfectionē tenetur q̄libet ad vltimā vero nullus tenet. Sed ad tres medias tenentur alig ex voto. ex officio ⁊c. Virtus cōparatur multis rebus. s. auro. Eccl. xx. Aurū probat fornax. Thesauro absc̄dito Math. xiz. Simile ē re. celothe. absconditō. Demis Eccl. xlvii. Quasi uas auri. solidum. laboranti. Armis. xxº ß. j. Quomodo ceciderūt fortes in p̄lio. ⁊ perierūt arma bel. Arboribus. Math. vii⁹. ois arbor bona fructus. facit. de hoc Ago de scō victor arbor sapie per timorē seminatur. p gr̄az irrigatur. p fidem radicatur. per deuotionem germinat. per desiderīū crescit per charitatē roborat. per spē viret. p circunspectionē frondet. p disciplinaz floret per doctrinā fructificat. per patientiā maturescit. per mortē carpitur. Item virtus cōparatur floribus. Cañt. ii⁹. Fulcite me floribus. Fontibus. Cañt. iiii. Fons ortorū puteus aquarū. Semitis. prouer. Vie eius vie pulchre. ⁊ omnes semite eius pacifice vestibus. ps. xliii. Astitit regia a dext. i. vestitus. Stellis. Baruch. iii⁹. stelle autem dederūt lumē in custodijs suis. Pigmentis. Cañt. Que ē ista que ascendit p desertū sicut uir. fumi ex aromatibus. ⁊ vni. pulpig. Libarijs. vnde dñs in euangelio. Jo. iiii⁹. Meus cibus ē vt faciam voluntatem eius qui misit me. Allis. ps. lv. Quis dabit mihi penas sicut columbe. Tres sūt bone cōditiones virtutis que sunt tentatiōis remotio. actuum multiplicatio. ⁊ in bono delectatio. primū ipsam virtutem firmat i radice. secōz quasi floribus decorat. tertiū sapore fructū delectat. Similiter dicendū est q̄ ad consumationē virtutū quattuor ista concurrunt. s. dispō preparās. habitus informans operatio probās. p̄mium coronās.

De equalitate virtutū. Cap. vii.

Virtutes omnes in eodē homine sūt equales. Iz inter se sint distincte p proprias excellētias. ⁊ hec equalitas in multis cōtingit. Equales nāqz sūt virtutes. Primo quantū ad essentiā. qz eis virtus simplex est. secōo quantū ad equalē radicationē in aia secūdū q̄ in ipsis ē. tertō quantū ad relationē ad eundē finem. qa omnes pp deum operant. quarto q̄tum ad equalē effectū. qz equaliter faciūt dignū vita eterna. v⁰ quantum ad equalez facilitatē ad actus suos quantū in ipsis ē nisi impediantur. ficut virtutes equales sūt predictis mōis ita inequales sūt aliis modis. Primo quātū ad vsum. qz sūt fic̄ arma. Iz ficut miles nō pugnat equaliter cū oibus generibus armoz fic est de virtutibus. secōo quantū ad auctoritatē. quia secōm hoc maior ē oibus charitas. Et quelibet virtus pōt esse maior alia secōm aliqua prerogatiuā quam hz secundum aliquē effectū. iii⁰ quantū ad feruorē qz una virtus feruentius opatur. sciendū est q̄ eadē virtus nūero nō est equalis sibi sēp. Crescūt. n. virtutes multis mōis. s. quantū ad intensionē. quantū ad radicationē. quātum ad potentiā virtutis. quantū ad maiorem expressionē divine similitudinis. ⁊ q̄tū ad diuturniorē pmanentiā. Preterea crescente vna virtute crescūt oēs. ⁊ hēt exēpluz in cythara in q̄ si debet eē debita proportio sonorum. necesse ē vt quan

do vna chorda tendit. et omnes alie ten
dãtur. ne i armõia fiat dissonãtia. Quã
ãt poleat aligs vsu vnius virtutis potiꝰ
ꝙ alterius mite sũt rõnes. Prima ẽ ga
deo sic placet qui datoꝛ ẽ ẋtutis. scõa est
natũra cõplexionis que magis ẽ cõsona
opibus vnius virtutis ꝙ alterius. ẽtia ẽ
vsitatio qꝛ exercitauit se quis magis cir
ca vnã virtutẽ ꝙ circa aliã. quarta ẽ qa
minꝰ ipugnatur a uitio cõtrario illi vir
tuti. quinta ẽ qꝛ maioꝛẽ hẽt discretionẽi
opibus vnius virtutis ꝙ alterius. Que
libet n. virtus habet suas ꝓprias rõnes.
sexta ẽ difficultas status. qꝛ cũ de nouo
quis cõuertitur licet hẽat maiorẽ chari
tatẽ ꝙ alius qui diu fuit in charitate. nõ
tñ ẽ ita bñ expeditus ad bñ agendũ sicut
ille pp reliquias pccõrum que adhuc in
herent. Magnitudini scientie respõde
re debet magnitudo virtutis. ꝛ hoc mul
tiplici rõne. s. rõe exẽpli diuim. Jo. j. Ple
nũ gre ꝛ veritatis. Luce vltimo. potens
in opere ꝛ sermone. Act. i. Cepit Jesus
fa. ꝛ do. rõne exẽpli angelici qui quanto
plus cognoscunt tãto plus diligũt ratõe
exempli humani. Math. v. Qui autem
fecerit ꝛ do. hic ma. uo. ꝛc. rõne exempli
naturalis quoniã lux ꝛ caloꝛ i sole ꝓpoꝛ
tionãtur rõe obligationis. Luce. ix. Ser
uus sciens uo. do. s. ñ. fa. plagis ua. mltis.

De cõnexione virtutum. Ca. ꝟ.

c Omnexe sũt sibi uirtutes ꝛ cooꝛ
dinate ita ut q unã hẽt. hẽt ꝛ oẽs.
prima rõ ẽ largitas dei dãtis. qꝛ ñ dat u/
nã fine alia. scõa rõ ẽ qꝛ sicut unũ mẽbrũ
idiget alio sic ẽ in virtutibus. ẽtia rõ ẽ qꝛ
sicut i cythara si defuerit una chorda ñ
erit armonia ꝓfecta ita nec i aia erit spũ
alis melodia nisi adsint oẽs ẋtutes. quar
ta rõ ẽ qꝛ cõtra singula vitia sũt alique
virtutes. Tñ oportet oẽs ẋtutes hre ut
oia vitia ipugnẽt. qnta rõ ẽ qꝛ sicut stelle
supsũt i spis suis. ita ꝛ virtutes i aie seõ
eẽ debẽt. sexta rõ ẽ qꝛ aia ẽ sicut vas so.
ornatũ oi lapide ꝑcioso. i. uirtutibus. sep
tia rõ ẽ qꝛ aia ẽ sicut oꝛtus nobil' cui ñ de
est oꝛ virtutis: octaua qꝛ aia ẽ sicut ap
potheca cui deesse nõ dz oĩs uirtual' me
dicina. ea que ꝺ ꝓnexiõe uirtutũ dicta sꝯ
itelligi ꝺbent de uirtutibus gratuitꝭ que
oẽs quo ad hitus sũt ꝓnexe sicut que ad
actꝰ meritoꝛios sũt equales. Et lz siles
sint uirtutes tñ alique dñr mꝛes uirtutũ
nõ qꝛ hitus uirtutis generet hitũ sz mo
tus motũ sicut dicit Ber. Jdcirco inqt
pazit cognitionẽ cognitõ amoꝛẽ amoꝛ sze
quẽtiã frequẽtia. familiaritatẽ familiari
tas. fiduciã fiducia. ipetratio ipetratiõez
scõm hũc modũ quattuoꝛ dñr eẽ mꝛes
uirtutũ. s. fides oꝛigine. qꝛ ex motibus fi
dei surgũt motus aliaꝝ uirtutũ. Chari
tas educatiõe prudẽtia ꝯgimie. Mũilitas
cõseruatõe. uitia uero nõ sꝯ cõnexa sicut
uirtutes rõ hꝰmõi ẽ. qꝛ uitia sunt in nob
ex opibus nꝛis que similia ñ sũt. uirtutes
ãt theologices non sũt i nobis p acquisi
tionem: sed per infusionem. Alia ratio
ẽ quia uita sꝯ oppolita ad inicẽ sicut aua
ritia ꝛ pdigalitas qõ ñ est in uirtutibus

De cõmẽdatione uirtutũ. Cap. ix.

u Irtus ꝓmẽdabilis ẽ. primo a cã ef
ficiente que ẽ deus. Jpsã enim ut
ait Aug. solus ꝺs in hoĩe opatur. scõo a
cã materiali in qua ẽ. qꝛ ñ nisi in bonos in
hitat nõ ẽ ficut ꝺ bõis nalalibus ꝛ fortui
tis. qꝛ talia pluit ꝺs sup iustos ꝛ in iustos
tertio a causa formali. qꝛ est decoꝛ spũa
lis psal. Omnis glia eius filie regis ab
intus ꝛc. Aꝰ. a cã finali Aug. premiũ uir
tutis ẽ ipe q uirtutẽ dedit. virtus ẽ bona
multiplr. primo i se. qꝛ sicut ait Aug. vir
tus est bona qualitas mentis. Nam bõa
possessio est que propinqua est ciuitati
hoc autem est intra ciuitatez quia in ani
ma. secundo in cõparatione. Hebr. izº.
Optimum elt gratia stabilire coꝛ. tertio
in operatione quia bonum facit hominis
opus quod non esset meritorium nisi ex
virtute procederet. Gregorium. Ni
hil habet viriditatis ramus boni o/
peris nisi manserit in radice charita/
tis. quarto in commutatione. quia de

tupo facit agnū. ⁊ tenebras conuertit i lu
cē. ℳalū. n. culpe in bonū gre cōmutat.
5° in distinctione. qz p virtutes distinguū
tur filij dei a filiis diaboli. Jo. 13°. Jn hoc
cognoscent oēs qz discipuli. m. e. si. di. ha.
ad inuicē. 6° i exēplificatiōe. qz oēs sci stu
debant virtutibus. Uñ cōmendamus in
Abel innocentiā. Jn Abrahā obediētiaz
Jn ℳoyse mānsuetudinez. Jn Dauid hu
militatē. ⁊ sic de aliis. Laudabilis ē virt⁹
pp multa. Qz magne dignitatis. christū
. n. doctorē hūit. vnde ℳath. iii°. Discite
a me. qz mitis sū. ⁊ humilis corde. Quia
magne sublimitatis. Tullius. Uirtus una
ē altiss̄ mis defixa radicib⁹. Quia magne
iocunditatis. ps. Ecce q̄z bo. ⁊ q̄z io. Quia
magne retributionis. ps. Jn custo ill. re.
mul. Qz magne utilitatis. Boe⁹. Nunq̄z
sine pena sī vitia. ⁊ nūq̄z sine premio sunt
Vtutes. Quia magne securitatis. Tullius
hoc donū sapie est vt oia tua in te posita
esse dicas. Cōmēdabilius est studiū virtu
tis studio scientie rōe exēpli. qz sci hoc fe
cerūt. rōe auctoritatis. Aplus. Nō in ser
mone ē regnū dei. sz in virtute. Prima
coz. 3°. rōe effectus. qz virtus pccm̄ expel
lit. scia nō. ratiōe originis. qz virtus a deo
ifunditur. scia per studiū acquiritur. rōne
finis. qz finis virtutis ē gloria ⁊ non scie.
rōne obiecti. qz virtutis obiectū est bonū
scientie vero nō. rōne materie in qua est
qz virtus nō nisi in filiis dei. scia non sem
per. rōne securitatis. qz securius ē esse bo
nū q̄z esse phm̄ rōne honestatis. qz maioz
gloria est leg deū q̄z Aristotelē. rōne vitā
di mali. qz primi parentes si extendissent
ita manū ad lignū uite ficut ad lignū scie
non icurrissent tot mala i se. ⁊ in posteris.
ficut incurrerunt.

De effectu virtutum. Cap. io.

Jrtutis gaudiū precellit gaudium
mūdi scilicet in durationē. prouer.
15°. Secura mens quasi iuge gaudiuz. sed
gaudium hypocrite ad instar puncti. Job
20. Jn puritate conscie ficut mundus re
quiescitur in floribus q̄z in luto. Jn digni
tate. Glo. ad gala. Elatio animi ō his que
digna sunt gaudiū mundi de indignis est
Jn salubritate. Sap̄. 8. Nihil utilius i vi
ta hois. econtra gaudiū mundi. puer. xiiii
Extrema gaudii luctus occupat. Jn liber
tate. Ad gala. 4. Qua libertate xp̄s nos
liberauit. Peccator āt ligatus est. puer.
5°. Jniquitates sue capiūt impiū ⁊ funi
bus pcc̄orum suoz constringit. Jn diuina
p̄tialitate. Aug. Tale bonū est deus vt
nemini eū deserēti bñ fit. sz nota cōtrariū
in malis. Uirtus operat̄ mira multiplex.
s. in celo cui uim facit. Uñ ℳath. iii°. Re
gnū celorum vim patit̄ violēti capiūt il
laz. Jn mundo qz custodit hoiem ne com
burat̄ igne concupiscētie. ⁊ ne mergatur
i aquis voluptatis. ⁊ ne ingnetur. luto in
contiuētie. ⁊ ne laceretur i pinis auaritie.
Jn corde humano. qz vulneratū sanat. ⁊
ingnatum mundat. mortuū viuificat. ex
cecatū illuminat. Jn inferno. quia ignis i
fernalis non pōt incendere Vtuosuz. sicut
nec ignis materialis salamādram. Virt⁹
rōnalem illuminat ad cognitionē veri. cō
cupiscibilē excitat ad amorē boni. Jrascī
bilem cōfortat ad detestationē mali. Jtē
deo assimilat. qz patri per Vtutis vigorē
filio per virtutis splendorem. spūi sancto
per charitatis feruorem. Angelis cōfor
mat. Ubero. Jn carne enī preter carnem
viuere nature est angelice non humane.
ℳentē iocūdat. ornat. subleuat. honorat
sanat. viuificat. cibat ditat. mūdat. Jtē Vr
tus mala preterita expellit. p̄tia ipugnat
in futuris premunit. itē uirtus mentē be
ne instituit. dilectū deo hoiem efficit. fru
ctum tam premij q̄z meriti adducit. tem
poralia discrete disponit. opera que in se
indifferentia sunt bōa facit. Sicut ea que
dicta sūt declarant nobis effectus virtu
tum generales. ita sunt singularuz virtu
tum effectus aliqui spāles. Sicut ē qz hu
militas deo subiicit. p̄tia reducit. iustitia
deducit. obedientia conducit. patientia p
ducit. perseuerantia introducit. puritas
iungit. charitas deo vnit.

De merito virtutum.

Capitulum. ii.

m Eritū est boni operis efficacia ad obtinendū illud qō non habetur vel ad habendum iustius quod habeť. va de per meritū de non debito fit debitum ꝛ ipsum debitū fit magis debitū. Sic rex dat equū quem miles non meruit. ſz per vsum equi mereť eundē equū iam datus ad itelligendū p̄dicta sciendū q̄ Triplex distinguitur meritum scilicet congrui. di gni ꝛ condigni. ¶Meritus congrui est per quod disponitur subiectum vt possit reci pere gr̄am secōm rōnem diuine iustitie. Istud vocatur dispositio materie. ſ. dum quis facit qō in se est. ¶Meritum digni di cit idoneitatem opantis ad assequendū il lud quod mereť. ¶Meritū condigni dicit equalitatem meriti ad remunerationem. dico āt equalitatem nō arithmetricā. sed geometricam. i. nō quātitatis. sed proportionis. Et hoc ꝑ̄ qz deus semp remune rat supra meritū ficut punit citra condi gnum. Uñ non est inter meritū ꝛ p̄mium equalis quātitas. sed p̄portio. qz apud d̄um non ē iustitia cōmutatiua. cum nulli d̄ beat aliquid. ſz distributiua. Uocatur aūt iustitia cōmutatiua iustitia ſoꝛi qua datur unus panis pro vno denario. vel vlna pā ni pro ſolido. iustitia vero distributiua est principium qua distribuūtur dona secōm proportionē ad merita. ꝛ ista est apud de us. Uñ Ap̄s ad Ro. 3. Unusquisq; p̄p̄az mercedem accipiet secōm suum laboꝛez dicendū ergo q̄ nullus meretur sibi pri mam gr̄am scilicet merito digni ꝛ condi gni. sed tantūmodo merito cōgrui. Sinni liter existens in charitate nō potest alte ri mereri primam gr̄am merito condigni sed merito digni. ꝛ merito cōgrui. potest autem existens in grata mereri sibi aug mentum gratie ex cōdigno. ꝛ per conse quens merito digni. ꝛ merito congrui. ꝑ ut superius exposita sunt prefati tres mo di merendi generaliter habetur. vnde si alii inueniuntur ad eosdez tres reduci po terūt. Cū orgo d̄r q̄ beata uirgo meruit portare christū. intelligendū est cōparati ue. i. quia ipsa potius debuit portare quā alia. vel pōt intelligi de merito condigni. itē mali dicuntur mereri p̄palia. qz nullus bonum irremuneratum sicut nullū malū impunitus. sed hoc d̄r improp̄e. qz opera in mortali facta non sunt directe bona. cū non sint informata charitate. tamen quia talia opera aliqd boni hñt. dñs interpre tatur ea vt bona. ꝛ aliquid dat pro eis. itē pcōr quandoq; mereť occasionaliter. qa pauperes obtinēt bona interdū benefac toribus suis. quaꝝ precium occasio sūt ele mosyne. item satis improprie sumitur me ritū. vbi d̄r. Felix culpa que talē ac tantū meruit hr̄e redemptoꝛē. ubi enim ponitur meruit pro exigebat.

De habitatione virtutum.

Capitulum. iz.

q Uamuis nullus sibi mereatur p̄i mam gr̄am. scōm q̄ dictū est. pōt tamen peccator se habilitare ad gratiam faciendo quod in se ē. qz nulli talium gr̄a denegatur. ¶Hoc aūt non est ex merito di gni vel condigni. sed congrui. ¶Hec ẋo cō gruitas multo magis est ex parte di gra tiam conferentis q̄z ex parte hois se ad gr̄am habilitantis. quia in p̄paratione ad gr̄am ꝛ in infusione gratie habet se aīma ad modum materie. ipse vero deus ut p̄ mum mouens ꝛ efficiens. alia rōne ꝑ̄ q̄ huiusmōi congruitas ē magis a deo quā ab hoie. quia hilitatio que ē ex parte ho minis solūmodo dat locum diuine miseri cordie. vt salua iustitia possit alicui cōfer ri gratia. quia iniuria fieret diuine iusti tie si tali daretur gratia in quo eēt obex. ideſt voluntas peccandi. Sufficiens igi tur habilitatio ad gratiam est. si homo fa cit quod in se est. Facere autem quod in se est tria complectitur scilicet vt homo acctum peccandi. ꝛ voluntatem peccādi deſeꝛat ꝛ conetur in bonum prout est fi bi possibile. Nota q̄ omne meritum vel

demeritum acquiritur in hac vita. Unō non facere bonū. sed facere bene laudabile est. Non. n. verbis. sed aduerbiis meremur.

De operibus meritorijs.

Capitulum. ix.

Opera meritoria totaliter sunt a gratia. ⁊ totaliter sunt a libero arbitrio licet principaliter a gratia. qz gratia cōparatur ad liberum arbitriū. sicut, ses ſoz ad equū quem dirigit. ita gratia dirigit liberū arbitriū exercitio virtutum. Per nos. n. malū facere possumus. sed nō bonū. Ad efficaciā merēdi tria valēt. Primum est difficultas operis quod pz in martyrio. Scōm promptitudo voluntatis. Ap⁹. i. ad coz. ix. Hilarem. n. da. deus. Tertium est magnitudo charitatis Ipsa. n. pondus sanctuarij scōz qz omnia que erant in tēplo ponderabantur. Ad hoc qz aliquod opus sit meritoriū tria requiruntur. Primū est qz ipsum opus sit at in charitate quia opa que fiunt extra charitatem mortua sunt sicut carbo extinctus. Secundum qz fiat ex charitate. multa enim fiunt in charitate que nō sūt meritoria ex eo qz nō fiūt ex charitate. i. qz non referuntur ad finē debitū. Tertiū qz idem opus sit referibile. hoc ideo dico quia mala nō possūt bona intentōe fieri. alioqui sequeretur ablurditaſ qz idē op⁹ esſet meritorium ⁊ demeritoriū. Attenduntur aūt tria in merito ex pte homis ſ. subiectū hoc est aia. Itē liberū arbitrium. Itē intentō finis. His tribus rīdent tria ex pte dei. ſ. gratia. virtus charitas. Et gratia quidē reddit ſubīm deo gratū Virtus aūt bilitat liberū arbitriū. Charitatis vero dirigit intentionē in debitū finē. Dicit. n. Aug. qz meritū consiſt ⁊ penes liberum arbitriū occasionaliter. hoc dicit qz liberū arbitrium facit ad meritū sed nō sufficit penes virtutē formaliter hoc dicit. qz ex virtute tāz ex forma p. o cedit motus. ⁊ elicitur de potentia penes virtutum motū essentialiter. hoc dicit quia motus essentialiter est meritū penes gratiam efficaciter. hoc dicit. qz sine gratia nullus motus ē meritorius penes opus instrumentaliter. hoc dicit. qz opus exterius est cā instrumentalis ipsius meriti. Nota generaliter quod ſi meremur sine gratia neqz passionibus inquātū passiones. neqz motibus nature. Dicit enim philoſophus. Natura neqz boni neqz mali sumus neqz inuiti. Aug⁹. Nemo iuitus bene facit etia m ſi bonū ē quod facit. neqz libero arbitrio ligato. Quiſquis enim nō habet vsuz rōis ⁊ liberi arbitrii ſi meretur vel demeretur. sicut sunt infantes dormientes. insani ⁊ alia bruta.

De virtute cardinaliū ⁊ theologicarum. Cap. xiiii.

Via meritū vel demeritum circa finem actionum attenditur. ideo nota regulas de hac materia. Ex fine dī actus bonus vel malus. malus actus nō fit ex fine bonus. Una intentio multos actus informat. Unde ſi aliquis intendit vnum ſolidum dare. p deo ita qz quotidie det vnum denariū ſi qñqz obliuiſcit. ⁊ non refert in deū dationem h⁹ denarii tamen datio est meritoria propter ipsaz intentionem primā. Finem sub fine pōt quis ponere. verbi gratia. Aliquis intendit ire ad forum ⁊ hoc intendit vt emat medicinas. ⁊ ad hoc emit eas ut curetur ab infirmitate et ad hoc curari desiderat ut deo melius seruiat. In iſto vltimo precedentes volūtates omnes sunt meritorie propter vltimam. secundum eniz vltimum finem omnes precedentes voluntates iudicantur bone vel male. maxime quando priores actus sunt indifferentes. Diuerſi fines non sunt faciendi quorum vnus non ſit ad alium referibilis verbi gratia. Aliquis intendit ire ad vnam domuz vt luxurietur. ad hoc vult luxuriari vt ſanioz ſit ad hoc vult esſe ſanus vt seruiat deo. Iſte finis vltimus illā voluntatem que ē luxuriari nō informat. ſed potius ecōtra illa voluntas

ſtam intentionez deformat. q2 vna itētio peruerſa plures ōpauat volūtates. Nota q2 actio corpalis pōt referri ad finem tēporalem dūmodo referatur poſtmodū ad deum. Actio āt ſpūalis vt predixi non poteſt referri ad finem tēporalem etiam ſi illud tēporale referatur ad deū. Et hoc eſt quod dicit Aug. Debemus manducare vt euangelizemus nō euangelizare ut manducemus. ſi āt in actionibus finis .p. ximus ponat deus. ⁊ finis vltimus, alioq̄ tēporale malū eſt. Bene āt licet conſtituere duos fines. ſ. tēporalem. ⁊ eternuz ita tamen q̄ eternus ſit finis ultimus.

Quid mereamur.

Cap. iſ

O Pera bona ſūt meritoria triū. ſ. uite eterne augmēti gratie. ⁊ remiſſionis pene. pmū. ſ. pmiū ſubāle uite eterne rīdet radici opis. ſ. charitati. ⁊ hoc ē premium ſubāle vite eterne. premiū uero accidentale rīdet operi. ſicut ⁊ augmentuz gre. q2 operibus excellētibus. ⁊ ſuperrogationis mereamur magis augmentū gre quā aliis opibuſ. Remiſſio āt pene rīdet penalitati opis. q2 opa que magis ſūt penalia magis ſunt meritoria remiſſionis pene. Eſt eni regula i theologia q̄ pena pene reſolutoria ē. Nota igr q̄ licet tota uis merēdi vitam eternā. ⁊ etiā alia conſiſtat in charitate. nō tamē totus effcūs. q2 effectus merēdi cōſiſtit in magnitudie operis. ſicut pz in merito remiſſionis pene q̄ nō ſolū cōſiſtit i charitate. ſz ēt in opibus penalib⁹. Et huiuſmōi exēplum habemus i xpo gmeruit nobis apertionez ianue padiſi cū effectu. hoc āt meritū nō erat ex ſola charitate. ſed in charitate ⁊ excellentia operis. i. in ſua paſſione. ſciendum eſt q̄ de pmio ſubāli mereī hō tantum p unū actum quantū p mille manentē eadē radice ⁊ non creſcēte ualent tā opera huiuſmōi ad multa alia. vñ ỳ. Jocū dat mentē. virtutes ſtabilit. meritum auget. ſ. meritū accidētalis premii. peccata remittit quātū ad penā que dimiſſa ſunt quo ad reatū. per gram. Debilitat fomitē remouet accidiā. excitat hoiez in aſſuefactione bōi. atq; repellit tentatiōes diaboli. Nota q̄ primā gram nullus pccōr pōt mereri. prope. ⁊ hoc multiplici rōne. prima q2 talis nō habet radicē merendi. i. gram ſcōa pp ſtatuſ indignitatē. q2 pccōr non ē dignus pane quo veſcit. tertia q2 nullius hois opus placet deo niſi placeat ipſe prius. vñ prius reſpexit deus ad abel quam ad munera eius. vt dr Gen. quarto. quarta q2 naturaliter ātecedit cā ſuum efficūz fic ⁊ gra cū ſit cā meriti precedit meritū. Ipſa eni ſcōm Aug. voluntatē noſtraz p̄uenit vt uelimus. ⁊ ſegtur ne fruſtra velimuſ. gra ſicut ſupra dictū ē per bonū uſū eius ⁊ merito condigni meretur augeri i via vt aucta mereatur perfici in patria. ⁊ hoc a deo cuius eſt gram infundere augere. ⁊ perficere ſecundum cooperationez voluntatis noſtre. Nam ſicut deus eſt ipſius gre fontale principiū influendi ſic ipſe ſolus eſt pncipium augendi per modū influentis. gra uero per modum meriti ⁊ dignitatis. ſed liberum arbitriū per modum cooperantis. ſicut liberum arbitriū per gratiaz meretur merito cōdigni augmentum gratie in ſtatu vie. ſic etiā meretur merito condigni ipſius cōplementuz in ſtatu patrie. quare autem mereamur ex condigno vitam eternam multe ſūt cauſe. prima eſt efficacia doni ſpiritus ſancti cooperantis in merito. ſcōa veritatis dī promittentis. tertia perſuaſibilitas liberi arbitrii conſentientis ⁊ finaliter perſeuerantis. quarta difficultas ſtatus merēdi quinta dignitas xpi capitis noſtri intezuenientis q̄ glorificari debet in membris ſuis. ſexta liberalitas dei tribuentis quez non decet parua reddere. ſeptima eſt obſequium fideliter ſibi optemperantis. octaua nobilitas operis quod ex charitate procedit. quod tantum ponderatur in conſpectu iudicis quantum amor ex quo

ꝓcedit ⁊ hō nō pōt sufficienꝫ nisi a sūmo bono remunerari. Opa que nō fiunt in charitate. i. cū pcō. hꝫ non valeāt ad vitā eternā. valent tñ ad alia multa. vnde ver. Aptat. s. coꝛ ad suscepti onē gratie minuit. s. penā que deberet si nō fieret illud opus nō illā que iā debetur. Et dat bona terre. s. tēporalia occupat. s. ne sit hō interim ociosus vel operi malo deditus. Assuescit. s. ad bene operandum delectat. s. mentē. Mitigat. s. fomitē. Arcet. s. fluxū peccati. Ultimo sciendū ꝙ nullū malum impunitū. ⁊ nullū bonū irremuneratum.

De diffinitionibus ⁊ differentijs virtutum Cap. xvi

Jrtutes scōm Macrobiū dīr qñ qꝺ politice. qñq; purgatorie. qñq; purgati animi. qñq; exēplares. Primas docet. Salomon i proverbijs. Secundas in ecclesiastes. Tertias i canticis. Quartas in deo legimus. Politice nāq; dīr secundum ꝙ regūt vitā humanā quo ad opera exteriora. ⁊ scōm ꝙ pugnāt contra vitia. Purgatorie dīr scōm ꝙ iā sunt in victoria vitiorum ⁊ respiciūt ptim interiora. ptiꝫ exteriora. Purgati animi. dīr qñ devictis iā vitijs possessor virtutū gerit raro insurgentibus pmis motibus. Exēplares dīr que in mente diuina constituunt. Nā idee virtutū i deo sūt ⁊ ipse rerum oium est exēplar. Aristoteles dividit virtutes intellectuales ⁊ consuetudinales. Intellectuales diuidit i prudentia. Artē intellectū sciam ⁊ sapiam virtutes morales diuidit i principales que sūt tēperantia fortitudo ⁊ iustitia ⁊ in adiunctas que sunt mansuetudo humilitas. ⁊c Et hic ordinant nos ad deum. qꝫ sophya regit affectū intelligentia intellectū hꝫ fortunatis vtrūq;. prudentia eū spiritus regit cogitationes ⁊ affectiōes. virtutes vero consuetudinales diuidit in honestatē : ⁊ liberalitatē. Hec duo ordināt nos ad hoiem. qꝫ honestas ordinat hoiem quo ad se ipsum liberalitas quo ad proximū. itē philosophia moralis diuiditur i ethicam yconomicā. ⁊ politicā. Harum prima mores quo ad ipsū hoiem siue quo ad se ipz istruit. secūda familiā disponit. tertia vrbes ⁊ regna gubernat ⁊ regit. Circa virtutes hoc tenendū est cū sit vna grā gratificans animā septē tñ sūt virtutes qb⁹ humana vita regitur. Tres quidē theologice. ⁊ quattuor cardinales ⁊ licet he virtutes sint gratuite p infozmantē gratiam. pīr tamē fieri infozmes p culpā. ⁊ iterū infozmari per pīniam aduenīte gratia que ē hitū virtus ozigo. finis. ⁊ forma. Nā cū hitus aliarū virtutū hñt fine gratia ⁊ charitate in quibus cōsistit vita virtutū dīr infozmes cuz ād gratia superuenerit. tūc formant ⁊ decorantur ⁊ deo fiunt acceptibiles. Unde virtutes infozmes sunt sicut colores in tenebris. ⁊ sicut carbones extincti ⁊ sicut rami aridi ⁊ sicut ale mortue ⁊ sicut auruz obscuratū ⁊ sicut gēme conuerse in scilices. E contra virtutes formate sicut colores sī in luce visibiles gdē aspectui cōplacētes ⁊ sicut carbones ardentes. ⁊ sicut rami virentes ⁊ sicut ale viuentes ac valētes ⁊ sicut aurum fulgens ⁊ sicut gēme vas aureum decorantes. differentia ē inter virtutes ⁊ ꝑcepta ⁊ dona ⁊ fructꝰ. ⁊ beatitudines. qꝫ virtutes potentias disponūt precepta opa respiciūt dona virtutibus perfectionē addunt fructus spūs siue gustui saporē spiritualē apponūt beatitudines ipsis virtutibus statū. siue vie. siue patrie cōtingunt. Alia est differentia. qꝫ virtutibus bene opamur dōis expedite beatitudinibus perfecte operamur. sed fructibus fruimur deo

De differentia virtutuz cardinalium ⁊ theologicarum. Cap. 17

d Jfferentia virtutū theologicarū ⁊ cardinalium hec est quia theologice mouent ad finez sed cardinales mouent ad ea que sunt ad finem. Alia differentia est. quia theologicarum virtutū finis et obiectū est ipse deus. ⁊ non obiectum proprie. Item virtutes

theologice habentur p infusionē. cardinales vero p acquisitionem. Itē theologice mouent ad opa ex rationibus sumptis a iure diuino. sz cardinales a iure naturali. Item virtutes theologice attendūtur ꝙtum ad actus interiores. cardinales vero quantū ad opa exteriora. itē theologice non habent fine donis. cardinales vo haberi pñt fine donis. itē thologice sunt discretiue actuū in deū. cardinales vero in proximū. itē i theologicis fic ē q̄ habitus generat actus. sz in cardinalibus est econtra. q̄ ibi actus generat habitus. vnde philosophus. Quales ingt sunt actus. tales sunt habitus.

De virtutibus theologicis in genere.

Capitulum. 18.

a Anima quantū ad superiorē partez in qua cōsistit imago trinitatis recte tificari hēt per tres xtutes theologicas vñ ficut imago creatoris consistit in trinitate habituū cū vnitate gratie. fic p hos tres habitus uirtutū anima fertur in sūmam trinitatē scām tria appropata trib9 personis. ita q̄ fides dirigit in sume vez credendo et assentiēdo. Spes vero in sūme arduum intendo z expectādo. charitas autē in sūme bonū desiderādo z amādo. Virtutes theologice differūt inter se multipliciter. primo scām actus propos. Nā fides facit deo esse tīe. spes in deo cōfidere. charitas facit deum amare. Scdo differunt rōe subiecti. q̄ fides ē in rationabili. spes i irascibili. charitas in cōcupiscibili. i. ābe sunt in volūtate que propter similitudinem actuū accipit noia harum potētiaruz. Tertio differūt rōne obiecti Nā fides est circa uerū. spes circa arduū charitas circa bonū. Quarto rōe effect9 Nā fides in pñti deū sequitur. spes in celū comitatur. charitas perenniter āplexatur. Quinto differūt rōne finis. q̄ per fidē cognoscitur deus vt veritas. per spez habet vt eternitas. p charitatem diligit vt bonitas.

De fidei vtilitate. Cap. xviii

f Jdes est substā sperandarū rerū argumentū nō apparentū scōz aplm ad hr. xj. Jn hac diffinitione fides dicitur substā. i. fundamentū substās edificio spūali q̄d est gratia z gloria. ipsa nāq̄ fides facit aliqualiter res sperādas i nobis subsistere per gratiā. z faciet tādem per gloriam. q̄ ipsa ē primus hitus virtutū prim9 dico nō tēpore. sz natura. Rerū sperāda rū dicitur q̄ fides per assensuz facit i nobis subsistere res sperādas. argumentuz dicit. i. arguens mentē. q̄ fides inclinat intellectū ad credēdum id quod nō apparet. z pp hoc dicit potius argumētum q̄z cōclusio. q̄ fides probat de nō apparentibus q̄ fit. z nō probatur. Nō apparētū dicitur. q̄ fides suā xtute z luce mānifestat ea que nō apparent tā pterita q̄z pnīa. z q̄z futura pteriti qdē q̄ scām apostolū ad he. xi. Fide itelligimus aptata eē secula. pnīa vero fic ait Aug. demus deo aliqd posse. z nos itelligere ñ posse. Futura at q̄ p fidē credimus resurrectionē mortuoz z huiusmōi. Fides dr multipliciter .s. hitus informatus charitate. illuminās mentē ad credēdū. act. 15°. Fide purificās corda eoz. Equalitas firmis. Jac. 2°. Fides sine operibus mor. ē. Motus fidei Aug. Fides est credere q̄d nō vides. Facilitas credēdi. Mat. 8°. Nō inueni tantā fidem in Jrael. Deuotio fidei. Math. 15°. Mulier magna ē fides tua. articulus fidei. vñ i symbolo atthanasij. Hec ē fides catholica ut credamus z cōfiteamur. Sicut in aliqua scia quedā sūt antecedētia vt suppositiōes quedā vero cōsequentia ut conclusiones. quedā quasi media vt ꝓpositiones probātes. Jta i doctrina fidei quedā sūt ibi ad modū suppositionū ut uniuersalia añcedentia articulos. s. q̄ scriptura sit cōdita z expolita inspiratione spūs sci. et q̄ vera sūt que logtur dominus i scriptura. per sanctos suos. z huiusmodi. quedaz ad modum cōclusionum. vt ea que ad mores pertinent scilicet fornicationem esse mortale peccatum. z huiusmodi. quedam

ad modū propositionuz vt articuli fidei. Et nota q̄ fides est quasi media iter opinionē z sciam. q̄ opinio se habet ad vnā ptem cōtradictionis cū formidine alterius partis z fine cause cognitione. Scientia vero se hēt ad aliam ptem contradictionis fine formidine relique z cū cause cognitione ac per media necessaria. vnō scia ē necessariorū. z ita p̄z q̄ fides ptinet cū vtraq̄. Ad fidei perfectionē septē ptinent. Primū est q̄ prime veritati innexa ficut fides Moysi q̄ se negauit filium filie Pharaonis magis eligens affligi cū populo dei q̄ tpalis pcci hbe iocunditatē. scōm est q̄ fit charitate formata ficut Magdalena quam fides saluā fecit z cui dimissa sunt peccata multa. quoniā dilexit multū. tertiū ē q̄ fit deuotiōe fervida ficut illius mulieris cui dixit dñs. O mulier magna ē fides tua Mat. xv. quartū q̄ fit oneris operibus p̄bata. ficut fides cornelii. quintū q̄ fit fortitudine roborata. ficut fides Stephani Laurentii. z aliorū martyrū qui p fide fortes facti sūt in bello. sextū q̄ fit obedientia decorata. ficut fides Abrahe. septimū q̄ fit humilitate subiecta ficut fides beate v̄ginis que ait Luce. i. Ecce ācilla dñi. Nota quod fides magis initit auctoritati q̄ rōi q̄ scōz Bre. Fides nō hēt meritū cui hūana rō perhibet experimentū intelligē sufficiēs q̄uis enim fides rōibus firmet. nō nec talibus. nec experimento sensibili dz quis credere cōtra fidē ficut p̄z in eucharistia ubi z visus. z gustus. z tactus dicit eē panē z vinū. sed fides dicit esse corpus z sanguinem dñi nr̄i Jesu christi vnde Aug. Nō itelligimus debemus rōi quod credimus debemus auctoritati qō opiamur debemus errori. Nota q̄ duplex ē cognitio de deo. s. naturalis z accidentalis. Naturalis cognitio duplex ē. s. aīa pccī quā hō cognoscebat apte deum i creaturis. z post pccm̄ z hoc est p speculum i enigmate. Accidentalis cognitio triplex est. Prima est acq̄sita p rones naturales q̄s hūerūt phi. z hec dr̄ scia. scōa ē que dr̄ testimoniis scripturaz z miraculorū. z hec cognitio dr̄ fides informis. tertia est que hr̄ p infusionē gr̄e gratū facientis. z hec dr̄ fides formata z per talē cognitionem assentit aīa p̄me veritati pp̄ se. z supra oia. Uñ ea aduenīte pereūt oēs alie cognitiones accidentales ad minus quo ad actū. Cū enim alie cognitiones uenīt in aīa tunc fides tanq̄ velocior p̄occupat motus oium. Cū fides sit nō de apparentibus z difficile sit occulta credere. duo sē necessaria ad hoc ut firmiter credatur. Primū est illustratio veritatis aias eleuans. scōm est rectificatio auctoritatis instruentis aiam quorū primū est p fidem scōm ē per scripturā autenticā. z p ipm scūz editā. Auctoritas ergo prebet fulcimentū fidei. z fides assentit auctoritati. vtrūq̄ vero p christū est pp̄ quod z splēdor z verbū dicitur. q̄ mentē per fidem illuminat. z veritatem p doctrinam ostēdit. Hoc quoq̄ sciendū ē q̄ vna est fides tantū tam in preteritis q̄ in presentibus z futuris licet magis clara sit in eis z explicita qui sequūtur christū quā i eis qui precesserunt eius aduentū. ficut nouum testamentū clarius est quā vetus. Quod enim nos credimus eē factū ātig patres credebant eē futurum exceptis istis que adhuc restant cōplenda. ficut est resurrectio mortuorum z iudicium extremum. z remuneratio bonorum. z punitio reproborum.

De effectu fidei.

Cap. 20.

Fides multa bona facit. s. hominez saluat. Unde dictum est Magdalene. Fides tua te saluam fecit. Mentez purgat. Actuum. xv. Fide purificans corda eorum. Contra mūdum pugnat. Hebr̄. xi°. Sancti per fidē vicerē. Postulata impetrat vnde illud. O mulier magna ē fides tua fiat ficut petisti. Perseverantiā dat Ap°. Tu aūt in fide stas Tēporalia contemnit. Hebr̄. xi°. Fide Moyses

Grandis effectis est negauit se filium es se filie pharaonis. Justificat. Ro. quar to. Credidit Abrahā deo ⁊ re. est ei ad iu. Beatificat. Jo. xo. Quia uidisti me Tho. credidisti. b. qui non ui. ⁊ cre. Super fun damentū fidei quidam edificāt aurū con templationis. quia q contemplant fine fi de quasi videntur videre solem sine ocu lis. quidā argentum predicationis. qz qui predicat sine fide non loquitur eū qui se cundū deum ē fidelē sermonē quidam la pides preciosos bonorū operum. quia qui bene operatur sine fide est sicut qui facit structurā super arenam. Jtē alii edificāt ligna scilicet amorē ardentiorem tpaliuz alii fenū scilicet fumū delectationū carna lium. alij stipulam. s. ociosorū uerborum ⁊ operū infirmorum. Jsti quidē saluantur merito fundamēti. sic tū quasi per ignem purgatorij exuretur edificiū non idoneū tanto fundamēto. Fides habet quosdam effectus essentiales ⁊ principales. ut est ea cere filios dignos uita eterna. ⁊ facere fi miles deo. ⁊ purgat aiam a tenebris pec cati siue infidelitatis. Jsti effectus sunt a deo. alios hz effectus uoluntarios. ⁊ secū darios. vt est credē ⁊ dirigere opera alia rum virtutum. ⁊ imperare omnibus suo modo. Et isti effectus a libero arbitrio sē. De articulis fidei.

Capitulum. xi.

S Jrespectus hēatur ad eos q sym bolum ediderunt. tūc articuli sunt duode cim ad numerum duodecim apostolorum Si autē cōsideremus q̄ radicaliter sunt credenda. tunc articuli sunt. xiiii. quoz. vii spectant ad diuinitatez. ⁊ .vii. ad xpi hūa nitatem. ⁊ hec signata sūt in. vii. stellis. ⁊ i vii. cādelabris aureis in quorū medio fili us hois ābulabat. Sūt ergo septē articu li fidei q pertinent ad diuinitatē. Primꝰ ē credere unū esse deū q ibi notatur. cre do in deū. Scōs est prem esse deū. ibi. pa trē oipotentē. 2ꝰ ē filium esse deū. ibi. Et in Jesum xp̄m filiū eius. quartus ē spūs scūm esse deū. ibi. Credo in spūm scūm. Sic pz q̄ predci quattuor artīculi sūt de vnitate dīne essētie. ⁊ trinitate psonaruz 5ꝰ est credere remissionez pcōrum his q sūt in ecclia. ibi. Scām eccleſiā ca. s. co. r. pcōrum. sextus ē mortuorū resurrectio nez. septimus ē credere bonꝝ remunera tionē sub qꝰ cōprehendit ⁊ malorꝝ punitō ibi. Vitā eternā. Et isti tres articuli a diui nitatē pertinent. qz uirtute diuinitatis fit pcōrum remissio que ē aie viuificatio ⁊ corpoꝝ resurrectio. atqz corpis ⁊ aie fi mul glificatio. alij septē sunt q pertinent ad hūanitacē xpi. primus ē credere filiuz dei esse cōceptū de spū scō. ibi. Qui cō. ē de spū sancto. scōs est filiū dei natum ex Maria Vgine. ibi. Ex maria uirgie. 3ꝰ fi lium dei p nobis mortuū i cruce. ibi. pas sus sub pō. pi. cru. mor. ⁊ sepli. quartus ē fi lium dei descēdisse ad inferos scōm aiaz ibi. descendit ad inferna 5ꝰ est filium dei surrexisse a mortuis. ibi. Tertia die re. a mor. sextꝰ ē eūdez ascēdisse ad pris equa litatem. ibi. ascēdit ad ce. se. ad dex. d. p. o. septimus ē filiuz dei iudicaturū viuos et mortuos. siue bonos. siue malos: ibi. inde vē. est iu. vi. ⁊ mor. isti. xiiii. articli colligū tur ex simbolo quē apostoli ediderūt arti culū primū ⁊ secundum de diuinitate po suit petrus tertiū ādreas. Bartholome us. quartū gnum. Simon. Tadeus. sextū septimū: Mathias. itez p̄mū articuluz d hūanitate xpi posuit iacobus maior. secū dum ⁊ tertiū ioānes. quartū Thomas. gn tū Matheus. sextū iacobus minor. septi mū: philippus. Tria sūt simbola. primuz apostolorū. secundū nicēnij cōcilij. tertiū athanasij. primū factuz est ad fidei iſtructionem. Secundū ad fidei explanatio nem. Tertium ad fidei defensionem. Nota q̄ aliud est credere deū. ⁊ aliud crede re in deum. ⁊ aliud credere deo. Quoniā credere deū ē credere ipsū esse credere āt in deū ē credendo ipz amare. ⁊ creden do in deū ire. ac mēbris eius incorpora

Credere vero deo ē credere vbis eius:

De spe. Capitulum. 22.

Spes est certa expectatio future beatitudinis ex dei gra & meritis propriis proueniens. In hac diffinitōne nō sumitur certitudo rationis qua plene uni parti consentitur. sed certitudo opinionis qua vnice parti consentitur. quia rōne probari videtur. nec tamē oino iz cū formidine. Obiectū aūt expectationis cā p̄n cipalis est gratia dei & nō nostra merita q̄ opera nostra non sunt meritoria nisi ex dei gratia. Time meritis tamē spare aliquid nō est spes sicut ait Grego. sed p̄ sūptio in predicta diffinitione diffinitur motus spei & non virtus. sed virtus spei diffinitur sic. Spes ē audacia mentis de largitate dei accepta habendi vitā eternā per bona merita. Inter fidē & spez talis ē differentia. Fides. n. ē de preteritis & futuris. Spes aūt de futuris tantum. Fides de bonis & malis. Spes āt de bonis tm̄ est. Fides de bonis tam sibi q̄ alii est. Spes autem de bonis sibi tantuz Cōueniunt tm̄ in hoc q̄ taz fides q̄z spes est de inuisibilibus. Certitudo spei orit ex tribus. s. ex diuina largitate ex abundantia meritorū. & ex pregustatione eterne. Nota q̄ spes p̄ut est viatorum sic est cū certitudine opinionis vt dictū est. Spes aūt illorum q̄ sunt in purgatorio. & qui fuerūt in limbo ē cū certitudie scie & nō opinionis. ut ē illa viatorū. Unde declinat aliquo modo a spe proprie dicta spes vero que fuit in Stephano qui vidit celū apertum. & que fuit in Paulo q̄n. dixit. scio cui credidi &c. & que fuit in Adā ante; peccatum fuit cū certitudine visionis tamē satis debilioris q̄z in celo. Unde spes sic sumpta adhuc est minus proprie dicta. Ex his pz q̄ in patria non est spes premii q̄z beatitudo ē oium bonorū simul tota & perfecta possessio. vnde sibi nihil futurum ē qō speretur. Et licet sanctis adhuc sit futura resurrectio corporum scōm rem. tm̄ pīs est scōm cognitionē. Spes autem sic futurum respicit q̄ priuat tam p̄sētiā rei q̄z cognitionis vnde spes p̄prie sumitur. Duplex ē spes s. suffragii & auctoritatis proprie. Pria posita est in sanctis. scōa i solo deo. & hec triplex ē. s. ueme psal. 30. In te dñe speraui ñ cōfundar i eternū. Bñe. ps. 31. Sperantes autem in dño misericordia circundabit. Glorie prouerbi. 28. Qui sperat i dō saluabitur. Effectus spei multiplex ē. Attribulatione liberat. ps. septio. In te sperauerunt patres nostri sperauerūt & liberasti eos exemplū de Susāna & Daniele Cōfortat. 2. Macha. 7°. Pereuntes septē filios iudonius dei tpe cōspiciens mī bono aio ferebat pp spē quā in deum hē bat. Hēbrem eleuat. Isa. 40. Qui sperant in do mutabūt fortitudinem assument pēnas. tē. Saluat psal. ii. Qui saluos facit sperantes in se. Tēpozalia ministrat psal. cxliii. Oculi oium in te. spe. d. tē. Spes cōpatur multis rebus. Bñ enim galea. i. Thesa. 5°. Induti galeam salutis Anchora. hebr. 6°. Qui confugimus ad tenēdā p̄po sitam spem quam sicut anchoram hēm? aie tutam ac firmam. Medicina psal. 9. Sperās i. do. ñ in firmabor. Hēma prouerbi. 17°. Hēma gratissima expectatio prestolātis solatiū. hebr. vi. Fortissimuz solatiū hēamus q confugimus ad tenendā propositā nobis spē. Claus. Hic. sup illud psal. 61. Sperate in dño. Per spē intratur ad illud videdum quod creditur. Lignū vite. Sapie. 3. si corā hoibus tormenta passi sunt spes illorū imortalitate plena est. De charitate. Cap. 33.

Charitas scōz Apostolū sic diffinit .i. Thimo. i. Charitas ē finis p̄cepti de corde puro & pscia bona & fide non ficta. Et sumit finis consummationis quia charitas est consummatio siue pfectio omnis precepti potest & dici finis termiatiōis oium preceptoz q̄z oia opa que fūt i precepto tēdunt ad charitatem vt magis ac magis habeaf. De corde puro. i. ō ītellectu puro dicit glo. Et sumitur hic i

tellcūs p̄o actu intelligendi ſcōm quem cātur motus charitatis. Quāto.n.qs magis intelligit tāto magis diligit. niſi alias impediat. Et hic iſta prepoſitio de deno tat efficientē. Et cōſcia bona. i. ſpe. qz qui purā conſciam hēt ſecure ſperat. Et fid nō ficta. i. fimulata. ⁊ nō fragili. ſed inter aduerſa forti. Proſper in libro de vita ꝓ tēplatiua deſcribit charitatē ſic. Charitas eſt vt mihi videt recta voluntas ab oibus terrenis preſētibus ac futuris ꝓ ſus auerſa. Juncta do iſegabiliter ⁊ vni ta igne quodā ſpūs ſci a quo eſt ⁊ ad quē refertur icēſa. Ingnamēti ois extranea corrūpi neſcia nulli vitio mutabilitat obnoxia ſup oia que carnalit diligūt excel ſa affectionū oium potentiſſia. diuine cō tēplationes auida. In oibus ſemp inuic ta. ſūma actionū bonarū. ſalus morū. fi nis celeſtiū p̄ceptorum mors criminū vi ta virtutū. virtus pugnātium palma vic torum. ſactarū mētium arma cā meritor bonorum p̄miuz p̄fectorum. ſine qua nul lus deo placuit cū qua nullus vnq̄ pec care potuit. fructuoſa in penitētibus. le ta in proficientib⁹ gl'ioſa i p̄ſeuerantib⁹ victorioſa in martyribus opoſa in oibus oīno fidelib⁹ er qua qcqd ē boni opis vi uit. Charitas āt quātum ad actum diffi nitur quattuor modis. Primo ſit tertio libro ſuiaruz. Charitas ē dilectio qua di lectio deus pp ſe ⁊ primus pp deum. ⁊ in deo. ſcōo ſic. Quid eſt charitas niſi vi ta copulās amātem cū amato. 3⁹. ſic ſcōz Aug. Charitas eſt virtus qua videre de um ⁊ per frui deſideramus. quarto ſic ſe cundum Aug. Charitas ē virtus que ai mi noſtri rectiſſima affectio ē. Haruz dif finitionū prima datur i cōpatiōe ad deū ſcōa in cōpatione ad eius poſſeſſorē. ter tia in comparatione dilecti ad dilectum.

De differentia inter charitatem ⁊ alios mores. Cap. xiiii.

a Mor triplex ē. ſ. naturalis gratui tus. ⁊ vitioſus. Amor gratuitus ē laudabilis qz virtus eſt. ⁊ hēt principalē finem. ſ. bonum incōmutabile. Hic diuidi tur in aſcitiā ⁊ concupiſcentiā. ſcōm ami citiā diligit quis deum puriſſime nō reſ piciens vtilitatem ſuā. ſz bonitatē amati hoc mō plus diligit hō deū q̄z ſe ipſuz ſe cūdum vero concupiſcentiā diligit quis deum. qz remunerationem i eo expectat Amor naturalis. nec laudabilis ē. nec vi tuperabilis ⁊ habet finem indigentiā vel vtilitatem propriā. Iſte ſimiliter diuidit in amicitiam ⁊ cōcupiſcētiam ſcōm ami citiam diligimus hoc amore nos ⁊ nr̄am p̄fectionē ⁊ nr̄am cōſeruationē. ⁊ magis ea que ſūt pl⁹ neceſſaria. ut caput. p quo totū corpus exponimus hic cōis ē nobis ⁊ bruris. ſcōm cōcupiſcentiā vero diligi mus deuz. qz neceſſitati nr̄e vel ſubuenit qz hoc amore nō diligitur res pp ſe. ſed ꝓpter vſum eius. vnde hoc amore plus ſe diligit hō naturaliter q̄z deū. Amor vi tioſus vituperabilis eſt. qz pccm̄ eſt. ⁊ ha bet finem voluptatem ſiue delectationē in creatura hic diuidit in amicitiam ⁊ cō cupiſcentiā. ſcōm āmicitiā diligimus hoc amor delectationē creature pp ſe q̄uis i nobis nō habeat. ſcōm cōcupiſcentiā ve ro diligimus voluptatē creature ꝓpter nos. Amor iterum multipler ē. ſ. natural erga ſe pius erga parentes iocundus er ga ſocios. iuſtus erga amicos violentus erga inimicos ſanctus erga deum. Item differentia eſt inter amorē dilectionem ⁊ charitatem. qz amor ꝓprie ē nature. ⁊ dr̄ amor quaſi aioruz vnio. qz quietat ap petitum in re amata. Dilectio eſt amor ꝓximi ⁊ dicitur dilectio quaſi duo ligāt ſociat. n. amātem cum amato in amore. ut ſe mutuo diligant. Charitas eſt amor in deum hec amicum determinata ⁊ idi cat omnibus caziorem valde dr̄ charitas quaſi cara vnitas vel carum deo faciēs. Alia eſt dr̄a inter predicta. quia amam⁹ deum propter ſe diligimus eum ſuper omnia propter ſua beneficia qz dilectio eſt diuerſorum electio charitas vtrumz cōplectit. ſ. ſuper omnia. ⁊ propter ſe di

ligere deū in hoc differt a dilectione pro
rimi.qz diligere deū est velle ei bonū qō
hz.s q fit oipotēs.7 sūme bonus.7 huius
modi Itē diligere deū est velle precepta
eius seruare cū intentione fruēdi eo. Itē
diligere deū est eū velle possidere. 7 ab
ipso possideri. Itē diligere deū est volun
tatē dei uoluntati sue in oibus pferre. Di
ligere vero proximū est velle fibi bonuz
non p essentiā.sed p gram. Item diligere
proximū est idem velle. 7 idē nolle in bo
no. Itē diligere proximū ē successum bo
nū ei optare 7 querere. Itē diligere pro
ximū est velle ei qō fibi. Est iterū dra in
ter dilectionem dei 7 proximi. qz deuz di
ligimus in se 7 pp se. proximū vero dili
gimus in deo 7 pp deum. Quādo dicim9
duplicem esse charitatē.s.dei 7 proximi.
hec duplicitas nō intelligitur qtuz ad hi
tus.sz quantū ad actus.qz vno hitu cha
ritatis diligitur deus 7 proximus. Chari
tas quādoqz dicit habitū: Ro.5°. Chari
tas dei diffusa ē in cordibus nostris.qnqz
dicit motum. Cañt.2°. Ordinauit in me
charitatem.quādoqz signum. Unde Jo.
i5°. Maiorē charitatē nemo habet.i.ma
ius signum charitatis quādoqz tertiam p
sonam in trinitate.j. Jo.quarto. Deus cha
ritas est.7 sic sumitur psonaliter.quando
qz sumitur essentialiter.7 tote trinitas dr
charitas.quandoqz sumitur pro feruore
charitatis. Unde Luce.7°. Dimissa sūt
ei peccata multa.quoniā dilexit multū.

De effectu charitatis.

Cap. 25

Caritas pctm expellit. vñ dr Mag
dalena dicit. Luc.vii. Dimissa sūt
ei peccata multa qm dilexit multū. Legē
custodit. Ro.i3°. Qui diligit proximū su
um legē implenit. Deus boi iungit. j. Jo.
quarto. Qui manet in charitate i deo ma
net.7 deus in eo. Mentem virtutibus or
nat. j. Cor.i3°. Charitas patiēs ē. bēigna
est 7c. Perfectionē adducit. Apostolus
ad cor.i2. Adhuc excellētiorem viā vobis
demonstro. Gloriā tribuit. Joā.2°. Si qs
diligit me 7c.7 sequit.ad euz ueniemus 7
mansionem apud eū faciemus. Dilectiōe
dei dignū facit. Joan.i6°. Si quis diligit
me diligetur a patre meo. charitas in cor
dibus diffundit cū ad proximum dilatat
Effunditur p predicationē.7 per opa mi
sericordie. Infunditur p illuminationem
gratie. Superifunditur per opa perfec
tionis 7 supererrogatiōis. Per charita
tem venit deus ad hoies incarnationem
7 in hoies in gratie collatione. per ipsam
charitatē currunt hoies ad deuz bona o
peratione. 7 peruenīūt ad eum in glorifi
catione. Amoris penetrantia. qz itima cō
dis penetrat. Cañt.2° Vulnerata chari
tate ego sum. Languidū facit. 7 hoc per
desiderium essendi cum amato. Cañt.5°.
Nuncietis dilecto meo qz amore lāgueo
Inebriare. qz sic tendit in amarum q sui
ipsius 7 omniū rerū preter ipsū oblīuīsci
tur. Cañt.5°. comedite amici mei. 7 bibite.
7 inebriamini carissimi. Liquefacere. quia
cor in diuina dulcedie fic resoluitur q ap
petens cuz appetibili mirabili amicitia
vnitur. Cañ.5°. Anima mea liquefacta ē
vt dilectus loquitur mihi. amor hēt vim
diffusiuam i bona opatione. vnitiuam in
proximi dilectione. trāsformatiuā in justi
fication. Itē aliter hoc oīditur q habet
vim diffusiuam. vt pz in creatione. vniti
uam vt patet in christi incarnatione. trās
formatiuaz vt in glorificatione.

Quibus rebus charitas assimiletur.

Capitulum. 26.

Caritas est bonoz principium. qa
a deo ipsa ē Bonorū mediū. quia
secūdum deum ipsa est Bonorum finis
quia propter deum. charitas dicitur bōe
operationis principiū. quia mouet ad id
Brego. Charitas operatur fi est. Dicitur
etiam mediū. quia opera informat. Dici
tur quoque finis. quia opera dirigit 7 ad
debitum finem perducit. Quomodo cha
ritas dicatur finis. sciendume st q triplex
est finis scilicet consumptionis. consuma
tionis. 7 terminationis. primo modo cha

ritas ē finis peccatorum q2 ea consumat
scdo modo ē finis preceptorum. q2 ea pfi
cit. tertio modo tam vita eterna q3 ipe d
us est finis nostri laboris sed vita eterna
finis ē quo quiescitur. sed deus terminus
in quo quiescitur. sed deus terminus in
quo quiescitur, charitas dicitur forma
virtutū multipliciter. primo quia movet
oēs virtutes ad exteriora opera per que
perficiuntur virtutes ⁊ merentur auge
ri. Secūdo q2 omnes virtutes mouētur
ad finez. Charitatis. s. ad bonū; charitas
eni hēt bonū ꝓ fine ⁊ obiecto. Alie virtu
tes hñt bonū. nō ꝓo obiecto. sz ꝓo fine
tm ⁊ ille finis virtutū pfectionē denotat
3⁹. charitas auget virtutū delectationez
⁊ tollit fastidiū. ⁊ alleviat onera pp ipius
desiderium. quarto q2 cōponit aiam. ⁊ p
ficit. nō qdem in esse nature. sed in esse
gratuito ⁊ meritorio. Charitas mltis re
bus dr similis q2 cōpant auro qō foznax
tribulationis ꝓbat. Auroze quā segtur
dies eternitatis. Arche Noe in qua g nō
fuit inuentus periit. Arbori bonos fruc
tus ꝓferenti. Ale ad celestia subleuanti
Bitumini aiam deo coniūgēti. Clavi ce
lū aperienti. cozone mētem decoranti ca
piti sensū ⁊ motū influenti charitas enz
influit sensū i. rōnē merēdi aliis virtuti
bus. ⁊ motū. i. affcm mouendi meritorie
mentē deo illumināte. Ebozi thronū do
exhibenti. Firmamento aquas voluptā
tis ab aquis eternitatis diuidenti. Fonti
mētem irrigāti. Gēme aiam ornāti. Gla
dio flāmeo paradisū custodienti. Igni af
fectū accendēti. Jugo suauiter ꝑmenti.
Mane de celo descendenti. Rose rubē
ti. Radice humoze gratie quē a summo
trahit ad virtutes trālmittendi vt sic nu
triātur ⁊ conseruenť in bono. Soli fulgē
ti. Thesauros latenti. Vinculo oēs rōes
diligendi in dilecto colligāti. Vino ine
brianti. Vesti peccōrū turpitudinē coopi
enti. Unguento vulnera letalia curanti.

De excellentia charitatis.

La. 27

c Haritas excellit alias virtutes in
multis. primo in die conformitate
Jo. diligemus dnz qm ipe prius dilexit
nos. secundo in spāli dignitate. Ricard⁹
Charitas est regina virtutū. tertio i spe
ciositate. q2 est planeta veneris ⁊ anime
pulchritudo. q2 sicut pulchritudo exteri
oris hominis est ex decenti membroruz
ordinatione ⁊ venustate coloris sic pul
chritudo anime est ex decenti ordinatōe
actuum ⁊ habitu ⁊ venusto. hoc facit cha
ritas in anima cuius actus ordinatus ē ⁊
venustus habitus. quinto in suppoztatio
ne laborīs. Aug. Omia grauia ⁊ imania
leuia facit amoz. sexto in vigorositate.
cañt. ꝺ. Fortis est ut moz dilectio. septio
in vtilitate. Aug. Habe charitatem ⁊ fac
quod vis. octauo i delectatione quia cha
ritas secundum actum suum facit delec
tare in deo non solum in patria sed etiā
in via.

De signis dilectionis.

Capitulum. 28

S Igna dilectionis sunt hec quia a
micus amicum libenter audit li
benter de ipso loquitur. Sepe de ipso
cogitat fine tedio sibi obsequitur. corpus
⁊ res ꝓo illo exponit. Offensam cauet
offensum placat. congaudet prosperita
ti condolet aduersitati. Gaudet de sua p̄
sentia dolet de sua absentia. Diligit ⁊ o
dit hoc quod ille conatur ei placere ti
met displicere. Trahit alios ad eius ami
citiam. Munera ab eo data non alienat
Consilijs suis acquiescit petit ab eo fidu
tialiter. Qualiter possit quis scire vtrū
habeat charitatem. Nota quod quidā
sciunt si non habere charitatem vt qui
sunt in actu peccandi vel in ꝓposito.
Quidam dubitant se habere charitatez
quia rationes habent pro vtraq3 parte,
vt sunt illi qui incipiunt facerre quod
in se est. Quidam putant se habere
charitatem. sicut qui multa bona fe
cerunt ⁊ diu abstinuerunt a peccato.

adhuc tñ sustinent motus tẽtatõis ⁊ imaginant turpia. Quidã experiuntur se hñe charitatẽ. ut illi q gustant diuinã dulcedinẽ in qbus fomes fere extinctus ẽ. ⁊ quasi semp vel bona faciũt. vel affectant. qui dã certi sunt se hñe charitatẽ. vt quibus deus reuelauit. qualis fuit paulus. cui dominus dixit. Sufficit tibi gra mea.

De gradibus amoris. Cap. 29

G Radus amoris sũt isti. Primꝰ est cum diligo me pp me. Iste amor nõ est bonus. Scõs est cũ diligo deuꝫ pp me hic est mercenarius. sed tũc est bonus si principalis finis ẽ deus. Tertius st cum diligo deũ propter se. i. qz bonus. Hic est valde bonus. qz talis amor vno tãtũ oculo. i. dextero respicit deũ. Quartus ẽ cũ diligo me pp deum. hic ẽ optimus qz i tali amore nihil ẽ q̃ querat hõ de suo ẽt in se ipso. sed que dei sũt. Super oia diligẽdus est deus. qz cũ ipse sit principiũ. z hoc ipso est summũ. ⁊ hoc ipso qõ summũ est sũme bonum ẽ. ⁊ hoc ipso qõ summe bonũ est summe btm̃ est. ⁊ hoc ipso qõ summe btm̃ est. sũme beatificũ est. ⁊ hoc ipso ẽ sũme fruendus. ⁊ hoc ipso est sũme petẽ amorẽ ei inherendum. ⁊ in eo tanq̃ in fine quiescendũ. Tria generaliter diliguntur. s. vtile. delectabile. ⁊ honestũ. Propter primũ diligẽda est tribulatio. qz vtilis. pter tertiũ diligenda est virtus. qz honesta. Sed propter. scõm diligẽdus est. õus qz delectabilis imo pp hec oia diligẽdus est deus. qz ipsuꝫ diligere ẽ vtile. delectabile. ⁊ honestũ. Gradus amoris vel charitatis i quibus tollit peccatum sunt isti. Primo tollit pccm̃ mortale. nõ quantuꝫ ad habitum. sed quãtũ ad actum liberat. n. a pccõ mortali. sed non a pñte cadendi i illud. Scõo modo tollit pccm̃ quantũ ad actum st quantũ ad habituꝫ. sed neutro mõ veniale. ficut pꝫ in aligbus sanctificatis. Tertiõ mõ charitas tollit pccm̃ utroq; modo. ⁊ veniale quantũ ad actũ. sed nõ quo ad habitũ. talis fuit in beata virgine ante conceptionẽ christi. Quarto modo tollit vtrumq; vtroq; modo. ficut fuit in beata virgine in cõceptione christi ⁊ post. tũc. n. fuit in ipsa sublatus fomes peccandi totaliter. Quinto modo tollit vtrũq; vtroq; modo. ⁊ insuper omnẽ miseriam ⁊ hoc fiet in patria. perfecta ẽ charitas qñ est habitu magna motu interiori directa. opere exteriori solicita. radice. stabilita. feruore discreta. dulcedine consolatoria. Diligit deus toto corde. i. intellectu sine errore. tota aia. i. uoluntate sine contrarietate. tota mente. i. memoria sine oblitione.

De ordine charitatis.

Capitulum. 30.

O Rdo charitatis scõm Aug. estꝫ diligere primo qõ supra nos est. i. deum deinde qõ nos sumus. post hoc qõ iuxta nos ẽ. i. proximus. vltio. qõ intra nos est. i. corpus nostrum propꝫ. In eodem gradu contineri dꝫ corpus christi. qz utrũq; tenet rõnem inferioris boni respectu spũs nostri. Secũdũ Ambro. diligendus est pmo deus. 2º. parentes. deinde filij postea domestici. vltio inimici. sed hoc õ exhibitõe gdam intelligunt. Aliquis diligitur magis ab altero multipliciter. s. maiori affectu sic sup oia diligendus est deus. sed inter hoies magis diligendi sũt parẽtes q̃ filij deinde consanguinei secunduꝫ gradus cognationis. Maiori affectu diligendi sunt filij quam parentes. sed eque pertinẽtibus pus succurrendũ ẽ magis indigenti. Ad differentiam magis diligendi sunt q se magis ad gram prepar̃at ⁊ hilitant ad gloriã sic diligendi sunt secũduꝫ gradus participãdi bonum gratie. Nota q̃ idem ordo dilectionis ẽ nature ⁊ gratie. hoc excepto q̃ dilectione naturali homo se magis diligit quam deũ. sed ecõtra in dilectione gratuita. Preterea sciẽduꝫ est q̃ idem est ordo charitatis qui secõm Aug. est in via erit etiam in patria. quia cum gloria perficiat naturam quicquid non erat imꝑfectionis in natura manebit in gloria.

De dilectione proximi.

m Tuo se debēt hoies diligere qz oīs membra vnius corporis mystici xp̄i: qz vno spū scō viuificātur spūaliter ⁊ vniūtur. qz vnā fidē hēnt. qz vnū baptisma receperunt quia vnum patrē habent ⁊ dīm. qz ad vnū regnū tendūt Selectionē proximi suadet ius nature. ℳath. 7°. Omnia quecūq; vultis vt faciāt vobis hoies. ⁊ vos facite illis Jus scripture. ℳath. 22°. Diliges proximū tuū sicut te ipsū. Exemplū creature. qa omne simile diligit sibi simile. ℳelius ē diligere q̄ diligi quadruplici ratiōe. p° qz quod diligimus scimus. sed qō diligamur nescimus. sed credimus. scō. qz diligere proprie virtutis ē. sed diligi aliene. tertio qz cū diligim⁹ alios nobis obligamus. cū vero diligimur alijs obligamur quarto qz cū diligimus meremur; nobis cum autē diligimur alii merentur sibi p dilectionē proximi efficimur imitatores xp̄i. Jo. 17. Hoc ē preceptū meū ut di. i. s. di. Discipuli saluatoris. Jo. 13. In hoc cognoscēt oēs q discipuli mei. e. tē. Speculatores dei. i. Jo. 2°. Qui diligit fratrē suū in lumine permanet ⁊ videt deum. Societas fraterna vtilis ē rōe subleuationis. eccl. quarto. Ube soli. qz si cecidерit nō hēt subleuātez. Rōe consolatōis. psal. ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundum. Rōe exhortationis. Seneca. Hemp añ oclos tuos ponēdus est aliquis cuius exemplo ꝓficias. qz nisi ad regulā prava nō corriges prouerbi. A modica fintilla augetur ignis.

De dilectione inimicorum.

cap. 32.

c Jrca dilectionē inimicoz nota q alia ē dilectio affcūs. ⁊ alia affcūs. dilectō affcūs duplex ē. qz alia ē innocētie. ⁊ alia bñficētie. Dilectōne inocentie tenemur diligere inimicos qz nō debemus eis optare malū inquantū malum. sed inquātum est eis expediens vel reipu. Affectus dilectionis bñficiente duplex est. s. pricipalis ⁊ secundarius. Affcūs ꝑncipalis ē velle ⁊ optare inimicis bona spūalia ficut ē gratia ⁊ gloria. hoc mō tenemur p affcm diligere inimicos. Affectus aūt dilectōis scōarius est optare inimicis bona tp̄alia hoc mō nō tūmur semper diligere inimicos. qz nō semp expedit eis bona tēporalia. Eodē mō distinguendū ē de dilectōe effectus qui ē similiter inocentie ⁊ bñficentie. prio mō tenemur oēs diligere inimicos qz tenemur eis nō inferre mala nisi pp bonū persone vel reipu. scō modo distinguenda ē dilectio bñficentie. qz si ē bñficium spūale ad salutē necessariū tūc tenemur illud inimicis ipendere. sicut orare pro eis ñ quidē i spāli. sed in gñali. ita. s. vt nō excludamus eos ab oīonibus cōibus. Si vo ē bñficiū tēporale. ad hoc tenemur nisi in casu necessitatis. Nota trī esse duplicē inimicū. s. persone nostre ⁊ ecclesie. Jgr inimico persone bñfacere perfectionis ē. nisi inquātum sibi vel alteri bñficiuz nociuū eēt. qz in tali cāu bñficium subtrahere vtile ē. Jnimico aūt ecclesie bñficium subtrahere pfectiuſ ē melius nisi inquātū per bñficum spatur recōciliādus ecclesie. Ex predictis pz qz optare bona tp̄alia inimicis ecclesie imperfectionis ē nisi per accns. s. qñ creduntur per hoc cōuerti. Jnimico vero psone optare bona temporalia pfectionis est nisi per accns. s. qñ putantur ei fore vel aliis nociua. Nota qz licet amicum diligere sit magis debitū tamē diligere inimicū magis ē meritorium remissionis pene. ⁊ ad alia multū valet. primo. qz magis accedit ad perfectionē virtutis. ℳaioris enim perfectōis vel maioz virtus ē qz magis gratuituz ē. s. 2o qz motus charitatis diligendi inimicum magis meritorius ē remissionis pene. ⁊ hoc rōe difficultatis. licet i amicum sit magis merttorius vite eterne rōe itentionis. Amoz eni naturaſ feruentionem facit motum charitatis sicut dispositio materialis confert forme tertio quia inimicum diligere expressus

signum charitatis ē. q2 contra motū natu re ē. vnde valde difficile est. nisi adsit gra tia p quā vincat natura. Nota q̄ ille cui iniuria facta ē non debet reconciliationē querere ex debito necessitatis. sed si facit cōplet debitū perfectōis. unde dicit Chrī sosti. q̄ talis debet recōciliationē quereze vt duplicem glīam consequatur. Unā q2 iniuriam passus. alterā q2 prior rogauit.

De virtutibus cardīalibus.

Capitulum. 33

Per virtutes cardinales aia rectifi catur in suis viribus. Mā prudenti a rectificat rōnalem. Fortitudo irascibilē Temperantia concupiscibilē. Justitia ue ro rectificat omnes vires prout nomē iu stitie cōprehendit non solū specialez iusti tiā que ē in cōmutationibus vel distribu tionibus. sed ēt legalem que est oīs virt9 prout eius actus ad proximū ordinat. Et iustitiam gīalem que est oīs uirtus prout eius actus pertinet ad debitū obedientie preceptorū. Ipsa eni iustitia generalis cō prehendit virtutes ordinantes ad proxi mum. vt ē equitas. ⁊ liberalitas. ⁊ ordinā tes ad seipsū. sicut ē innocentia. ⁊ penitē tia. ⁊ ordinantes ad deū. sicut. ē latria. pie tas. ⁊ obedientia. propter hoc iustitia dī circuire oēs virtutes. ⁊ q̄ non tantum est virtus specialis. sz etiam generalis cōpre hendens totius aie rectitudinem cū ipa dicatur rectitudo volūtatis. Itē per vir tutes cardinales istruitur hō in opezib9 ⁊ contra vitia armatur. Primū fit duplici ter. q2 instruitur quo ad se per prudentiā ⁊ quo ad proximū per iustitiā. Secundus etiam fit dupliciter. q2 homo armatur in prosperis p temperantiā. ⁊ in aduersis p fortitudinem. Itē dicit Aug. q̄ prudentia est in eligendis. fortitudo in tollerādis. tē perantia i vtendis. iustitia in distribuēdis Itē dicit q̄ prudentia ē in precauendis i fidijs. iustitia in subueniēdo miseris. fortitudo i perferēdis molestijs. temperātia i coercendis delectatiōibus pravis. Aug. ait i musica sua q̄ succedit prudētie cōtē platio. fortitudini firmatas ad herētie tē perantie mēsura delectationis. iustitie de bita ordinatio ad deū ⁊ proximū. iste quat tuor virtutes appellant cardinales. q2 si cut hostiū vertuntur i cardine. sic in his vitur ⁊ regitur vita hois. Vocātur etiam politice. q2 ordinatur i his vita ciuilis. Di cuntur ēt humane. q2 hūano studio acqui runtur nisi diuinitus infundāt. Appellan tur ēt consuetudinales. q2 nō ex vno actu sed ex cōsuetudine nascuntur. vel q2 ho nestas hūana se magis exercitet i istis. si cut scōrum deuotio se magis exercitat in virtutibus theologicis. Nota q̄ pruden tie est scire gd possit. temperātie est nō p sumere quod nō possit. iustitie est velle in oībus quod equū fit. fortitudinis ē velle plus q̄z possit. Iste virtutes hēnt suos gra dus perfectionis secōm quos aliter possi dent incipientes. aliter proficientes. alitē perfecti. Dicuntur etiam virtutes politi ce quandoq; secūdum q̄ regunt vitaz ho minis quo ad opera exteriora. ⁊ prout pu gnant contra vitia. ⁊ hoc modo sunt inci pientium. purgatorie dicuntur secunduz q̄ iam sunt in victoria vitiorum. ⁊ confi stunt partim intra. partiz extra. ⁊ sic sunt proficientium. Dicuntur etiam purgati animi secundum iam deuictis vitijs quie scit homo. ita q̄ raro primi motus insur gunt ⁊ hoc modo pertinent ad perfectos Exemplares dicuntur prout sunt in mē te diuina. Nam sicut omnium rerum de us exemplar est. ita ⁊ idee virtutum in ip so consistit.

De prudentia.

Capitulum. 34

Prudentia secundum q̄ est vir tus politica est vt ait Mancro bius ad rationis normaz que cogitat que cunque agit vniuerse dirigere ac nihil preter rectum velle vel facere. Pruden tia vero secundum q̄ est virtus purgato ria est vt idem ait. ⁊ munduz 7omnia que in mundo sunt diuinorum contemplatio ne despicere. ⁊ omnem anime cognitionē

ī sola diuina erigere. prudētia aūt prout ē, virtus purgati ai est sola diuina noscer ⁊ ea tāquam nihil aliud sit intueri prudē tia sane exemplaris ē ipsa mens dīna cui omia nuda sunt ⁊ aperta. partes pruden tie scōm Tullium .i. offōrū sūt intelligē tia prouidentia. ℳemoria. intelligentia vero ē per quam aimus prospicit ea que sunt prudentia āt virtus est. ut idem ait per quam videtur aligd futurū āte q̄z fit ℳemoria scōm eūdem ē per quam rpe rit quis ea que fuerunt. Nota q̄ duplex est iudiciū rationis discretiuū. ſ. ⁊ diffini tiuū iudicium discretiuū est quo ratio iu dicat aligd eē faciendum vel non facien dum. Circa tale iudicium ē scientia ⁊ non virtus iudiciuz vero diffinitiuū ē quo rō imperat aliquid fieri uel non fieri. ⁊ circa istud ē virtus, Unde i primo iudicio se habet scientia ad operationes bonas vt consiliarius in scō vero iudicio se habz virtus ut imperator. prudentia habet re gere ceteras virtutes i actibus suis secū dum omnes partes philosophie moralis que sunt ethica. siue monastica. hycono mica ⁊ politica quarū prima mores quo ad se ipsum istruit. scōa familiam dispōit tertia vrbes ⁊ regna regit. triplex ē pru dentia. prima ē cordis. ⁊ hec ē i dispositi one presentium ⁊ recognitōne preterito ruz ⁊ preuisione futurorum. Deutrono. 32°. Utinam saperent. ſ. preterita. ⁊ itel ligerent. ſ. presentia ac nouissima prouiō rent scilicet futura. Scōa ē oris ⁊ hec ē i moderatōe sermonum proue. 4. Qui moderatur labia sua prudentissimus est psal. pone dñe custodiam ori meo. tertia ē operis ⁊ hoc consistit ut ait tullius i fu ga mali. ⁊ electōne boni. psal. 33. Declina a malo ⁊ fac bonū. Nota q̄ alia ē prudē tia mundana alia humana. alia diuina. prima ē i temporalibus acquirendis. se cūda in commodo carnis. tertia i obsequi is diuinis. Officiū prudentie ē actus alia rum virtutū dirigere sicut supra dictuz. ē. Ber. Discretio nō taz virtus q̄z auri ga virtutū est. Nolle fallare nec falli. vt dicit Seneca est res secūdū veritatem extimare idē. tūc per rōnem recte viues si diuia prius. estimes. si dignitatem rei non ex opinione multorum. sed ex earuz natura cōstituas nobis commissa ad dei gloziam ⁊ proximi edificationem dispen sare. Luce. Quis putas est fidelis seruꝰ ⁊ prudens ⁊c. ℳutabilitatem fugere. Seneca. Scito te i quibusdam perseue rare debere quia cepisti quedam nec in cipere.

De temperantia.

Capitulum. 3v

t Emperantia scōm ℳacrobium prout est virtus politica ē nihil ap petere penitendum in nullo legem mode ratōis excedere sub iugo rōnis cupidita tem domare temperantia prout ē virtus purgatoria est omnia relinquere inquan tum natura patitur. que corporis usus re quirit temperantia prout est virtus pur gati animi est terrenas cupiditates non solum reprimere. sed penitus obliuisci. Temperantia prout est virtus exempla ris est quedam in se perpetua intentione conuersio. Partes temperantie secun dum Tulliuz sunt. Continentia. Clemen tia. ⁊ ℳodestia. Continentia secundum eundem Tu. est virtus per quam cupi ditas consilij gubernatione regitur. Cle mentia est per quam motus animi in odi um alicuius concitati comunitate vl' hy laritate continentur seu retinentur. ℳo destia ē virtus per quam pudor honestꝰ parat ⁊ stabilem auctoritatem compat. Spetieſ temperantie sunt. Sobrietas cō tinentia ⁊ modestia. Prima consistit cir ca gustum in quo ponit moduz sobrietas secunda est circa tactum quantū ad um generatiuam quia ibi ponit modum ca stitas. Habet enim homo vehementē appetitum conseruandi se in esse indiui duī per nutritiuam . ⁊ conseruandi

se in esse spēi per generatiuā. Isti aūt appetitus restringuntur per sobrietatem ⁊ cōtinentiam. tertia in dictis ⁊ factis. Factum autē prout hic accipitur ptinet ad tres sensus. ⁊ circa prōpas eorum materias. s. visum. auditū. olfatū. pertinet ēt hoc factum ad tactū. non qdem q est in generatiua. sz ad alios tactus quaz organa sūt manus ad pcutiendum. vel capiendum. ⁊ pedes ad ābulandū. In oibus istis modū ponit modestia Dignitas temperātie in hoc ē q aiam decorat. qz sicut in naturis forma decētior est materia ficta in moribꝰ plus cōmendatur modus q̄z ipsa actio. pter hoc temperātia cōparatur soli q medius planetarum ē. ⁊ decentior inter oēs meritū cumulat: qz mediū tenuere beati. vñ dicitur q verbis nō meremur. sed aduerbijs. i. non eo q aliqd facimus. sed in eo q bñ facimus. Istud pz in illa vidua q̄ obtulit duo minuta. ⁊ magis cōmendata est q̄z qui magna miserunt i gazophilatio Ultiosos appetitus refrenat sicut supra dictum ē. vñ comparatur freno. ⁊ remo. ⁊ lime que superfluū tollit rubiginis ō ferro. Actiones tēperat scōm q apostolus instruit dicens. Rōnale obsequiū vestrum Mediū seruat. Ber. Tene mediū si non vis perdere modū. De hoc medio dicit Medio tutissimus ibis. Istud mediū voluit dñs nos tenere qñ fecit non de capite. vel de pede mulierē. sz ō costa. Et quā do fecit hoiem partim corporalē. ⁊ partī spiritualē. vt dignitate nature eēt sub natura āgelica. ⁊ sup corporeā. Christo assimilat qui stetit in medio discipulorū. sedit in medio doctorum. suspensus ē in medio latronū locatus ē in medio duoz animaliū. visus ē a Joāne i apoca. i°. In medio cādelabrorū aureorum. Naturam cōservat. quia natura in mediis delectatur. ⁊ p extrema corrūpitur. Vñ phūs. 2°. de ata Excellentia sensatorū corrumpit sensus. Herculis eternis cibat. Vñ temperantia cōparatur ligno vite quod erat in medio paradisi.

f Fortitudo scōm Macrobiū prout ē virtus politica. ē animū supra metum periculi agere nihilq̄z nisi turpia tiere tollerare fortiī aduersa vel prospera. Fortitudinis purgatorie est aio nō terreri a corpore recedente nec altitudinē ab horreī. Fortitudinis purgati ai est passiones ignorare. nō meminere vt nesciat irasci. ⁊ nihil cupiat inhonestū. Fortitudinis exemplaris ē esse imutabilē. quia semper idē ē. nec aliquādo mutatur. Partes fortitudinis secūdum. Tullīuz sūt quattuor Magnificētia. Fidutia. Patiētia. ⁊ Perseuerantia. Magnificentia scōm eundez est magnarum ⁊ excelsarum rerū cū ampla quadā animi propositiōe cogitatio atq̄z ministratio. Fidutia ē virtus per quaz in magis ⁊ honestis rebus multum in se animus ex spe certa fidutie collocat. Patientia est honestatis ⁊ vtilitatis causa rerum arduaz. atq̄z difficiliū voluntaria ⁊ diuturna perpessio. Perseuerantia ē ỽtus in rōne bene considerata. stabilis ⁊ petua permansio. multi sunt effectus fortitudinis Primus ē qz de hostibus triū phat. Math. 4°. Vir fortissimus. 2° qa hoi sua bona cōseruat. Luce. xi. cū fortis armatus ⁊c. 3°. qz ditat prouerbi. Dan⁹ fortis diuitias parat. quartus quia regnū celorum expugnat. math. xi. Regnuz celorum vim patitur. quintus qz ornat. prouerbi. Fortitudo ⁊ decor indumētum eius. sextus qz in extremis assecurat. prouer. Leo fortissimus bestiarū a nullius pauet occursu. septimus quia remunerationem expectat. prouer. mulierē fortem quis inueniet ⁊c. Fortitudo consistit in quinq̄z. s. in aggressione arduoruz. ps. xxvi. Virilit agite ⁊ confortetur cor vestrum In contemptu terrenoruz. Hebre. xi. moyses negauit se esse filiū pharaōis ⁊c. In sustinētia tribulationum. Lanit. octauo Fortis ē vt mors dilectio. In resistentia tentationum. Apostolus. j. thi. 2°. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. In impu

gnatione vitiorum. Job.7°. militia ē vita hominis super terrā. multa iuuant fortitudinem. primum est exortatio prudentium. Unde legitur de Juda machabeo q armauit socios non clypei vl' haste mi nutione. sed sermonibus optimis. scōm exemplum robustorum. Un legitur de Eleazaro q elegit fortiter mori pro paternis legibus. exēplū vrtutis ⁊ fortitudinis posteris relinquens. Tertium exercitatio in pugnis. vnde legitur i Josue q dominus non deleuit hostes filiorum Jsrael statiz oēs. sed reliquit aliquos ut haberent consuetudinem preliandi. quartū ē spes remunerationis. 2°. paralip. cōfortentur manꝰ vestre. ⁊ non dissoluātur. est eni merces operi vestro. quintum hostium debilitas Grego. Bebilis ē hostis q non pōt uincere nisi volentem. sextus exortationis adiutorium. Nu. 20. cū eleuaret manus moyses vincebant filij Jsrael. septimum armoꝝ spiritualiū apparatus. vñ Sanson vincebat philisteos in mandibula asini. i. tēperantia ⁊ simplicitate octauū memoria dominice passionis qō signatū est in Dauid qui cōtra Goliam venit in baculo ⁊ fūda nonū cibus spūalis. ps. panis cor hois cō firmet. 3°. Rl. Ambulauit helyas in fortitudine cibi illius ⁊c. vnde ⁊ petrus potatus spiritus sci gratia confortatus est dicēs. Oportet deo obedire magis ꝙ hoibus. Jdē vero Apꝰ ante talē confortatōnem dixit. Nescio hoiem hunc.

De iustitia politica.

Capitulum. xvii

Justitie politice scōm macrobium ē seruare vnicuiq; qō suum ē. Justitie purgatorie scōm eundē est ad vnam cuiusq; propositi viā uniuscuiusq; virtutis officium conseruare vsq; ad vltimum descendendo. Justitie aūt purgati animi est ita cum superna mente sociari vt seruet cum ea fedus perpetuū imitādo. Justitie exemplaris ē q; perenni lege sēpiterna operis sui cōtinuatione nō flectitur. partes iustitie scōm Tulliū sūt sex. s. religio. pietas. gra. vindicatio. obseruantia. veritas. Religio scōm eundē Tulliuz est virtus que supioris cuiusdā nature quā diuinam vocāt curam cerimoniāq; affert. pietas ē per quam cōiunctis sanguie ⁊ benivolētia officiuz ⁊ diligens tribuitur occultus. Gratia ē in qua amicitiarū ⁊ officior ū alterius memoria. ⁊ remunerandi uoluntas continetur. Vindicatio est per quā vis ⁊ iniuria. ⁊oē quod ob futurum defendēdo atq; vlciscendo propulsat. Obseruantia ē virtus per quam hoies aliqua dignitate antecedētes cultu quodā ⁊ honore dignantur. veritas ē virtus per quā imutata ea que sūt. aut fuerunt. aut futura dicūtur. Nota q iustitia nō tam ē virtus spālis ꝙ generalis. vt hēs supra de vrtutibus cardinalibus i genere. Justitia vt dr in. li bro sapie ē perpetua multiplici rōne primo qz perpetuat aiaz stabiliēdo eam in d bito loco. s. sub deo ⁊ supra corpales creaturas. scōo qz manebit in pria scōm eēntiam ⁊ vsum. Alie āt virtutes cardinales ⁊ si maneāt in pria scōm essentiā nō tamē scōm oēm vsum. Temperātia. n. non ffrenabit motus illicitos. prudētia non cauebit ab insidijs. Fortitudo nō aggredietur terribilia. Justitia pueritur triplicit. s. amore. pone. vel pecunie. Jsa. vii. vbe qui iustificatis impiū pro munere. Timo re euangeliū. Nolite timere eos qui occidūt corpus. Rancore. Jdē. sciens q per inuidiā tradidissēt eū. plura mouēt ad rectitudinē iustitie. primū ē rectitudo hūani corpis. qz indecēs valde ē in recto corpore curuū hre aium. scōz ē naturalis inclinatio. qz vt ait Aug. Justitia ē in corde hois naturaliter. tertium qz bruta aialia docēt multa que ptinent ad iustitiā. vt ē innocētia. cōcordia. ⁊ buiusmōi. quartū ē scriptura. eccl'. 4. vsq; ad mortē certa. p iustitia. effectus iustitie ē quia beatificat. math. quinto. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam. petrus. Si quid patimini p pter iustiaz beati. Qua exaltat. eccl'. scōo Qui operatur iustitiaz exaltabitur. quia

appetitum cõcupiscentie refrenãt. Isa. ii. Erit iustitia cingulũ lũborũ eius q2 locũ deo preparat psal. 88. Justitia ⁊ iudiciũ prepatio sedis tue q2 a morte eterna liberat prouer. Justitia vero liberabit a morte. Quia coronat Thimo. 4. Reposita ẽ mihi corona iustitie. Quia remunerat. ps. xvii. Retribuet mihi dñs scõz iustitiam meam. Justitia consistit in fide. Ap9. 2. Credidit Abrahã dõ. ⁊ reputatũ est ei ad iustitiam. Item in oõne psal. 33. Clamauerũt iusti. ⁊ do. ex. e. In sãcta meditatione. Eccl. Beatus vir q̃ in sapẽtia morabitur. ⁊ in iustitia meditabit. In bũiliatione. Math. Sic decet nos implere oẽm iustitiã. Glo. Perfecta iustitia ẽ subdere se minore in eruditõe prouer. Semiñati iustitiam merces fidelis.

De donis in cõi.

La. 58.

I Jcet oẽs hitus bati' diutnitus posſint dici gñaliter dona dei. Spãlit tñ ⁊ appropriate septẽ sunt dona spũs sancti que per ordinem. Isa. xi. cap. Enumerat a sũmo icipiens vsq̃ ad vltimũ ordẽdo. Septem igr̃ sunt dona multiplici rõe. Primo vt per hec septẽ expellãtur vitia septẽ. s. ut timor expellat superbiaz. Pietas iuidiaz. Scia irã que ẽ quasi quedam isania. Fortitudo accidiam. Consilium auaritiam' intellectus gulã. Sapiẽtia luxuriam. scõdo dicũtur eẽ septem dona pp expediendas vires naturales. Mã ira scibilis indiget expediri tam i prosperis q̃z i aduerſis i prosperis quidem per tiorem. In aduerſis autem per fortitudinẽ. Concupiscibilis indiget expediri quantũ ad effectũ respectu proximi. quod fit per pietatem ⁊ quantũ ad effectum respectu dei qõ fit per' gustũ sapientie. Rationalis vero indiget expediri i veritatis speculatione quod fit per donũ intellectus. ⁊ in veri electões. quod fit p consilium donũ atq̃ i electi executõe quod fit p scientiã. per hanc enim recte uersamur i medio natõis prauę ⁊ peruerse. tertio dicuntur esse septem dona propter regimẽ actiue ⁊ contẽplatiue vite. Cõtemplatiua siquidem tria dona dz hre. s. timorẽ ad reuerẽtiam maiestatis. intellectũ ad itelligẽtiam veritatis. Sapiẽtiam ad gustum bonitatis. Activa vero habet pietatem ad agẽdum fortitudinem ad sustinendum scientiam ad discretionẽ pietatis consiliuz ad discretionez fortitudis. plurima ergo dona sunt ad intellectum spectantia. quia lux cognitio nis multum valet ad recte viuẽdum propter eandem causam fit donoz cõbinatio ubi quasi semp adiungitur unũ directiuum cum alio quod spectat ad actionem vel passionem. Unde. Grego. super Ezechi. Dicit q̃ sumus per sapiẽtiã maturi. per intellectum prouidi. per cõsilium cauti per fortitudiem animosi. p sciẽtiam discreti per pietatem misericordes per timorem humiles.

De timore in cõi. Cap. 39

t Jmor est ut ait Augu. fuga mali. Spes timoris sũt sex. primus ẽ naturalis quo quilibet naturaliter timet nocumentum nature iste non est meritori9 neq̃ demeritorius. q2 nõ subiacet libero arbitrio ⁊ dr̃ naturalis non a natura isti tuta sed destituta. q2 iste timor est p peccato primorũ parentum inflictus hoc timore xps naturaliter mori timuit. Secũdus est timor humãus quo quis nimis timet pelli sue iste timor nascitur ex nimio amore pñtis vite. ⁊ ẽ quandoq̃ mortalis actus eius. i. cum prius qs peccaret mortaliter q̃ amitteret vitam suam q̃z est venialis. ut cũ qs faceret prius peccatuz veniale q̃ permitteret se occidi. Tertius est timor mundanus quo quis nimis suis rebus inheret. Hin nascitur ex nimis amore rerũ temporalium ⁊ est quandoq̃ mortalis quandoq̃ venialis penitus eo dẽ modo quo dictum ẽ ỏ humano. quartus ẽ timor seruilis quo quis timet peccare principaliter pp penã. quint9 ẽ timor

